



# Artis dicendi methodus

<https://hdl.handle.net/1874/400647>

*See*

# ARTIS DI CENDI METHODVS EX optimis utriusq; lingue autoribus deprompta per Ioannem Lonicerum.

ADIECTA SVNT,  
*Funebris Demosthenis oratio.*  
*Greca linguae Encomion.*  
*Concio Cyri Persarum regis c.2. Cyripe/*  
*die Xenophontis.*  
*Concio Cleocriti c.2. Ἐλληνικῷ Xenophontis.*

BASILEAE APVD BARTHOLO  
MAEVM VVESTHEMERVM,  
ET NICOLAVM BRY/  
LINGERV M.

# ІСІДІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ МАРІЯ

ІСІДІЯ

# METHO

DVS ARTIS DICENDI

Ioannis Loniceri.

LIBER PRIMVS.

Quid Rhetorice.



Hetorice est ars benè & appositè dicē  
di. πολιτεία τὸ φένυ, id est à fluendo uel di Finitio.  
cendo. Quod eloquentis hominis ora Etymon.  
tio, mellis instar, ut illa Nestoris apud Ratio ety/  
Homerum fluere debat. Nam de facundiſimo Neſti mi.  
ſtoris ore, Meonij carminis ales ſic habet.  
Ἐπομένως μὲλιτος γλυκερώτατος ἐρέειν αὐδίλλη.

V N D E P R I M U M C O E P E /

rit Rhetorica.

Origo Rhetorices ab natura eſt, consummatio/ Origo.  
nem huius ars, uſus, cauſarumq; ciuilium exercitatio/  
tio, parit.

D E D I S C R I M I N E D I A L E C /

tices & Rhetorices.

Differt à Dialectica Rhetorice, Quod Dialecti / Discrimen  
caſit breuis Rhetorica, ut Cicero in claris Oratoris/  
bus reſert. Ipsauerò Rhetorica, prolixius dicendi,

## LIBER PRIMVS

ars. Huc pertinet Zenonis de pugno & palma maius comparatio.

## DE PARTIBVS RHETORICES.

Quinq; sunt artis dicendi partes. Inuentio, Dispositio, Elocutio, Memoria, Pronūciatio uel Actio.

Quinque Nam proposita quæstione inueniuntur ex locis argumenta. Inuentis Argumentis ordo quidā sequendus, quam dispositionē καὶ τοικονομίας dicunt.

Rite collocata oratione neceſsum est adesse eloquitionem, quæ latine lingue puritatē, perspicuitatem, Ratio qui electas sententias, propria uerba, Schemata Troponij. posq; efflagitat. Memoria, in frequenti quicquam memoria mandādi conatu consistit. Quædā firmans

dæ memorie precepta traduntur cum à M. Cicerone tum Fabio Quintiliano, nimirum, ut per parteis, ut signis appositis, ut ceris, ut tacite, per diuisionē & compositionem aliquid ediscatur. Præterea sunt qui aliquo unguento illinant. at firmissimū memorie robur eo uulgato uerſiculo continetur.

Sæpe recordari medicamine fortius omni.

Optimū sanè consiliū est Quint. hac de re quā ait. Si quis tamen unam maximāq; à me artem memorie querat, exercitatio est et labor multa ediscere, multa cogitare.

## DE ARTE DICENDI.

3

cogitare, & si fieri potest, quotidie potentissimum.

Pronunciatio in uoce, gestuq; consistit. Hanc De/ Pronuncia/ mosthenes (ut M. Cicero & Quint. tradunt) in di tio. cendo primas, secundas ac tertias obtinere dixit. A scenicis actoribus descendū, ut uox rebus et affectibus sit, accommodanda, ut ūe remittenda & intentanda.

## DE VERBIS ET REBUS ORATIONIS.

Oratio consistit in rebus & uerbis. Res sunt, In quo con que in qualibet thesi, id est causa uniuersali, uel hy/ sifat ora/ pothesi, id est controuersia speciali adferuntur: ut tio.

Orestes occidit Clytemnestram. Factum ipsum & personæ hic rei nomine ueniunt. Verba sunt, quibus tota oratio uel actio contexitur. Res ergo inuentionem, uerba dispositionem, elocutionem, memoriam & pronunciationem suppeditant.

## DE GENERIBVS ORA/ TIONVM.

Tria sunt genera orationū, uel ciuilium causarū, ut Aristoteles ad Alexandrum appellat.

- |                    |            |                |
|--------------------|------------|----------------|
| 1. ἐπιδικαιοκόρ.   | } id est.  | demōstratiū.   |
| 2. οἰμηγορητικόρ.  |            | concionale uel |
| 3. νομιμοτευτικόρ. |            | deliberatiū.   |
| 3. δικαινικόρ.     | iudiciale. |                |

## LIBER. PRIMVS.

### DE SPECIEBVS CAVSARVM.

Species generū sunt 6. Demōstratiui sunt, laus et  
nrum .6. uituperatio, Deliberatiui, Adhortatio, Dehortatio  
Iudicialis, Accusatio et defensio. Exitasticon, id est  
exploratoriam tertiam Iudicialis speciem facit Aris  
stoteles haud nulla de causa. Didacticon uero &  
προσωμηλικον, ad Epidicticū genus referuntur.

### DE TEMPORIBVS CAVSARVM.

Triā tem/ Tria igitur tempora, Causas, uel genera causariē  
pora uel Questiones, uel orationes respiciunt. Præsens  
enī ad genus Epidicticon, uel Encomiasticon, futu  
rū ad Deliberatiū, preteritū ad Iudiciale pertinet.

### DE FINE CAVSARVM.

Laudatorium genus potissimum circa honestum  
Laudatoris uersatur, cui Fabius Quintilianus dignitatem adjis  
um genus + cit. Concionale præcipue circa inutile & utile. Ius  
diciale circa iustum & equum. Et quanquam illa  
tria in omnibus trevis causas incident, speciatim tamē  
singula etiam in singulis perpenduntur. Commis  
nis autem omnibus generibus finis est, ac ipsius m  
xime Oratoris docere, delectare & flectere auditō  
rem uel iudicē.

### DE GENERE. Demonstratio.

Genus demonstratiū est, quod in laude & uitio  
perio

## DE ARTE DICENDI. 4

periorum versatur. Laudatio uero est institutorum, rerum  
gestarum, et celebrium dictorum amplificatio, adeoque conser-  
vatio uirtutum. Vituperatio contraria modo finitur.

## DE QINQVE PARTIBUS

bus quibus oratio constat.

Cuiuslibet causa uel orationis partis ferè semper sunt hæc. Exordium, Narratio, Confirmatio, Reprehensio, uel Confutatio & Peroratio.

## DE EXORDIO.

Exordium Græcis προοίμιον id est precentio/ nem uel præludium ualeat, à Citharoëdis metaphora Proœmion ra sumpta, qui priusquam cantilenam aliquam auspicentur, quiddam quod placeant, uel citharae harmoniam presentent, adeoque appositum odore sue initium ducant, pre ciunt. Est autem exordium quo auditor nobis conciliatur et summa indicatur Questionis, ut cognoscat Exordij auditor uel iudex, quibus de rebus dicendis, Argumentum finitio. tuque deprehēdat. Quo etiam ad attentionē invitamus, & in quantū oratione fieri potest, beneuolos nobis facimus auditores, ut Aristoteles resert.

Exordij partes M. Cicero duas numerat, Principium & Insinuationem. Principium aperte beneuolentiam, attentionem & docilitatem parit, Insinuatione latenter occulte eadem efficit, nimirum dum partes.

## LIBER PRIMVS

in turpi causa iudicis animus à nobis ab alienatus effe  
se videatur. Atqui communis facultatis dicēdi scrip  
torum consensus est, tria in exordio fieri, beneuo  
lentiam, attentionem & docilitatem. Non quia  
( inquit Quintilianus ) ista non per totam actionē  
sint custodienda. Sed quia in initijs maxime necess  
aria, per quae in animum iudicis, ut ultra procedere  
possimus, intromittamur.

Beneolum reddimus si ex officio, uel cōiunctio  
ne, uel amicitia, uel necessitate ad agendū adactos: dī  
xerimus. Attentum facimus auditorem, si magna,  
si ardua, si atrocia, si que ex re sint reipublicæ uel  
nostra, nos dicturos: promiserimus.

Quod si causa turpis fuerit, utendum est insinua  
tione, quae in animum iudicis latenter irrepit. Ut  
Gorgias Leontinus Helenam laudans, insinuatione  
utitur. Adulterium enim cum Paride, turpis res,  
principio obstat. Sic Isocrates in Heliæ Encomio,  
ab Insinuatione orditur.

## Q VID IN BONIS EXOR dijs obseruandum.

Necessum est iuxta Fabij Quint. sententiam, ut  
dicturus circumstantiarum rationem habeat, hoc est:  
ut intueatur, Quid, apud quem, pro quo, contra  
quem,

## DE ARTE DICENDI.

9

quem, quo tempore, quo loco, quo rerum statu, quæ  
vulgi fama dicendū. Quid iudicem sentire credibile  
sit antequam incipiamus. Optima uero exordia sunt  
qua ex causa nascuntur.

## DE EXORDIIS VITIOSIS.

Vitiosa hic exordia sunt uitanda. Qualia et apud  
Ciceronem et Fabium recensentur. Vulgare, com  
mune, cōmutabile, separatum, translatū, longum,  
cōtra præceptū. Nec semper exordiis opus, si iudex  
sit iam antea preparatus, uel si per se res satis sit  
honesta, si temporis angustia excludat, uel defatigē  
tus sit audiendo iudex. Neque nimis longum, neq;  
breue admodum exordium esse conuenit. Siquidem  
ridendos Fab. Quintilianus censet, qui intra qua  
tuor sensus terminandū iudicauerint.

Seruanda in exordiis latine linguae, ut ubiq; pu  
ritas audacter translatum, obsoletum uetustate uer ordiis ob  
bum, poëticaue licentia usurpatum fugiendum. Seruanda.

Apostrophe, Prosopopeiae, Similitudines, et  
Translationes in exordiū à Cicerone Quintiliano,  
et Salustio perferuntur, sed nobis illis rarius utens  
dum. Plurimum fauoris habet exordiū, si quis pub  
lico imperio uel officio ad dicendum se prodire te  
stetur ut Egesippus in oratiōe funebri. Postquam

## LIBER PRIMVS.

in Libitina positos, qui in bello se strēue gesserunt;  
publicis exequijs decretum est condere tumulo, mihi  
à magistratu iniunctum est, ut eorum causa, ora  
tionem hanc constitutam habeam.

## DE NARRATIONE.

**Narratio.** Narratio est, qua exponimus rem factā uel non  
factam iudici, quam deinde confirmatione stabilis  
mus, atq; ea exordium proximè sequitur.<sup>1</sup> Huic nar  
rationi duas alias species Cicero subiungit, Alter  
am, qua sit digressio extra causam. Alteram qua  
sit à ciuilibus causis remota. Qua poëtae & in pros  
gymnasmatis, dicendi preceptores utuntur.

## VIRTUTES NARRA TIONIS.

Virtus narrationis est quod sit breuis, aperta et  
probabilis. Quodq; omni, qua potest, gratia & ue  
nere exornetur. In genere Epidictico sape Narrati  
onis locū propositio supplet. Simpliciter enim quid  
dicendum proponitur, ut Isocrates in Panathena  
ico, De urbis, inquit, nostra beneficijs in Grecos  
collatis dicturus sum. Ac in genere iudiciali tam bre  
ues sape cause sunt, ut propositionē potius habeat  
quam narrationē. Vel si quando res iudici constet  
non est ullum operae pretium, rem gestam recitare.

DE

## DE ARTE DICENDI.

6

## DE CONFIRMATIONE.

Confirmatio in genere consultatorio & iudicis  
ali potissimum locum habet. Vbi firmis rationibus con-  
probatur id, quod per narrationem propositum &  
indicatum est. Et acre & uchemens in ea certamen,  
atque argumentandi contentio est. In genere uero  
Epidictico, locis certis constat confirmatio, immo lo-  
ci, per quos ipsum tractatur, perpetuam ueluti nar-  
rationem continent. Sunt autem loci eiusmodi.

Capita seu

Natio, genus, patria, parentes, etas pueritiae, loci gene-  
ducatio, adolescentia, uirilis etatis res geste, que neris de-  
diuiduntur in bona fortune, corporis & animi. monstratis  
Mors, mortem consequuta.

tui.

Species laudandorum & uituperandorum sunt species  
Aphthonio autore. Persona, loca, animalia ratione laudando  
vacantia, planta que in hanc rediguntur triadem,  
in laudem personae, rei & facti.

Persona locos habet iam commemoratos.

Loci per-

Res et factum, preter personae (si modo accomo-  
dantur) proprios locos recipit suasorio generi com-  
munis: honestum, iustum legitimum, utile.

sone-

facti.

## DE CONFUTATIONE.

Quanquam refutationi, in genere Epidictico non  
semper relinquatur locus, Aduersae tamen partis  
non unquam

## LIBER PRIMVS

Bonnumquām obiectionem diluit, et breuiter precepit. Ac si quid ex aduerso dici possit paucis quidē cassat, ut in Encomio Helenæ; ubi in diuarum numerum Helenā Isocrates transtulisset, miraculaq; eius quedam enumerasset, per confutationis modū ostendit, uituperatores Helenæ, præsens damnum incurriſſe: Stesichorum enim poëtam, propterea quod carmine quoipiam Helenam proscidisset, protinus execratur. Rursus quām primum τραγῳδίαν cecidisset, recepiſſe uisum affirmat. In laude porrò rei, Confutatio adhiberi ſepe ſolet, etiāſi nō fit propria laudatorijs generis. Nam si quisquam Eloquentiam predicit, illi nō nihil in uitilitatores, eloquentiæq; uituperatores et contemptores dicendū. Haud diſſimilē ad modum. Si quis Athenas laudet, illi cum Lacedæmonijs confutationis formulū pugnandum, perinde ac Isocrati, in Panegyrico & Panathenaico accedit. Sic Egesippus, uel ut Epigrapha habet, Demosthenes, in oratione funebri, confutationis modo cōsolatur eorum, qui in prælio mortem oppetierantur ſuperfites amicos & cognatos.

## DE PERORATIONE.

**Peroratio.** Peroratio breuem præcipuorum locorum reputit nem habet. In hoc genere minus adfectuum adhibetur

hibetur, quam in consultorio & iudiciale generibus, nisi quantum opus sit, ut auditorum animi ad prædicatarum uirtutum amore accendatur. At qui de Anacephaleosi & affectu duabus illis perorationis partibus, deinceps in iudiciale materie pluribus age tur. Restat nunc ut exemplo genus hoc Epidicticon perspiciat. Laus personarū est apud Thucydidem lib. 2. in oratione funebri Periclis. apud Demosthenē in funebri. Eodē genere cōstat Euagoras, et Helena Isocratis. Pindari omnes propemodū Odē, laudem facti continent : tribus tantummodo demptis. Apud Aphthoniū est Laus Sapientiae & uituperatio Alexandri. Oratio M. Ciceronis Philippica nona, huius generis est. Preconijs enim meritis extollit, fidem atq; constantiam Seruij Sulpicij, ut qui reipublice salutem, suę uitę anteposuerit, ideoq; statuam ei cen set erigendam. Huc pertinet Encomion Mōpias Erasmice. Hortulus Virgilij. Nux Ouidij. Encomion patriae & muscæ apud Lucianum. Ecquis omnia omnium autorum Encomia enumerauerit ? Catilina uituperatio apud Salustum.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDVS  
DE GENERE SVASORIO  
LIBER SECUNDVS.  
De finitione Suasorij  
generis.

**D**eliberatius vel Cōcionale vel Suasoriū seu Deliberatiuum, seu Consultatoriū genus est, quo concio fit aut deliberatio. Duas species uim ducuntur. Adhortationem & Dehortationem. Adhortatio species habet. tatio est ad instituta uel res uel opera, in uitatio siue bet. persuasio. Dehortatio est ab instituta re, à uerbis factis siue auersio uel disuasio, Aristotele ad Alexandrum definiente. Deliberatio futurarum pricipue rerum est, licet de preteritis etiam non unquam queratur, Fabio in 3. teste.

DE SPECIEBUS RERUM,  
de quibus fit consultatio.

Septem ferè species rerum ab Aristotele numerantur, quibus συμβουλευτικὸς cōueniat. de quibus in ciuili statu. seu republika necessum sit consilium capessere.

Sacra, uel Religio.

Leges.

Reipublicae instauratio uel institutio.

Fœdus sociale.

## DE ARTE DICENDI.

8

Bellum.

Pax.

Prouentus seu uectigalia.

His priuatarū rerū consultationes adhibentur. *Finis.*

FINIS.

*Finis huius generis est, Utilitas & dignitas.*

## DE EXORDIO.

Exordium iudicum & auditorum preparatio Exordium  
ne constat, hoc est, benevolentia, attentione, ac do-  
cilitate. Ab nostra & dissidentis persona, benevo-  
lentia potissimum captanda, ne dissentiens affectu  
quopiam a nobis alienetur. At enim Exordij ratio in  
Epidico genere isto iam antea tractata est. Animad-  
uertendū q̄ in genere tamē Encomiastico, procēmia  
liberiora sunt. hic cause uiciniora esse debent. Nec  
ut in iudicialibus anxiō procēmio eget συμβολε  
τικός γένεσις, inquit Fab. Quintilianus. Initium ta-  
men quodcumq; debet aliquam habere Procēmij spe-  
ciem. Nec enim abrupte, nec undelibet incipiendum.  
Quia est aliquid in omni materie naturaliter primū.  
Moderatus porrò suafacie ingressus conuenit, nec  
furioso hic principio utendum.

## DE NARRATIONE.

Narratio.

Narratio quā sit perspicuum, de quo deliberetur,

## LIBER PRIMVS

nō est necessaria. Quimq; sit rerum præteritarum explicatio, raro nisi forinsecus deliberationi adhuc betur. Igitur propositione, narrationis loco sepe Rethores utuntur. In tertia Philippica Cicero, ubi bellum maturandum suadet, cunctationem ac dilatationem ipsam, & narrationis & propositionis uice statim in uestibulo istius cause assunit. Expectantur, inquit Calendæ Ianuarie, quas nō expectat Antonius. De pace consultaturi Demosthenes & Isocrates paucis proponunt, De pace, omnium, humanae coniunctioni re prestantissima consilium datum rus prodij.

## DE DICTI<sup>E</sup>ON<sup>E</sup> DEMONSTRAT<sup>E</sup>RI tiui & Deliberati<sup>E</sup> generum.

Generis demonstrati<sup>E</sup> dictio liberior est, ad scribendum & ostendandum accommodata. In delibera<sup>E</sup> ratiuo uero tota oratio iuxta Ciceronis in Partitione, consiliū, debet esse simplex et grauis, sententijs ornatior quam uerbis. Exemplis potissimum illustrata. Nam futura e<sup>r</sup> præteritis certius colliguntur.

## DE LOCIS DE LIBERA<sup>E</sup> tiui generis.

Locos habet Suasoria Confirmationis. Iustum, legitimum, utile, honestū, iucundū, facile, possibile. Necessarium

## DE ARTE DICENDI. ,

necessarium. Atq; bij ad adhortationem pertinent.  
Dehortationis loci sunt hisce contrarij. Iniustum,  
cum legibus pugnans. Inutile, in honestum, inius-  
cundum, difficile, impossibile.

### Q VID IVSTM.

Iustum est omnium uel plurimorum consuetu-  
do non scripta, & honesta & turpia definiens. Ut  
parentes uenerari, Amicis benefacere, benefactoris  
bus reserre gratiam. Talia enim scriptæ leges non  
imperant, sed suæ cuiusq; menti sunt insita, ideoq;  
communi omnibus lege decernuntur.

### Q VID LEX.

Lex est publicus ciuitatis consensus, scripto im- Lex.  
perans, quomodo quidq; sit gerendum.

### Q VID UTILE.

Vtile præsentium est facultatum, uel non præ-  
sentium possessio. Vel præsentium malorū reiectio Vtile.  
Scu noxiorū, quæ sunt euentura prohibitio. Secer-  
nitur autem utile in corpus, animum & Acquisita.  
Corpori commodat robur, pulchritudo, sanitas.  
Animo uero, fortitudo, sapientia, iusticia. Acqui-  
sitorum nomine censemur amici pecuniae, faculta-  
tes. Vrbi commodant concordia, uires ad bellum,  
pecuniae, prouentuum copia. Sociorum potentia,

B multi

## LIBER TERTIVS

multitudo. Hęc omnia, hisq; similia, ut summatis  
dicam utilia reputemus.

Iustum

### Q VID HONESTVM.

Honesta sunt à quibus splendor & honor ad  
agentes peruenit.

### Q VID SVAE.

Suave.

Suavia sunt, que lēticia atq; tripudium efficiunt.

### Q VID FACILE.

Facilia, que minimo temporis spacio, labore &  
sumptu perficiuntur.

### Q VID POSSIBILE.

Possible.

Possibilia quæcunq; fieri possunt.

### Q VID NECESSARIVM.

Necessariū

Necessaria, que non in nostra uoluntate, uel ar-  
bitrio sunt ut fiant. Sed que uel ex diuina, uel hu-  
mana uoluntate sic contingunt. Quomodo ex his  
omnibus argumenta sint ducenda, ex Aristotele pe-  
tendum, unde hęc definitiones transumptae. Dehor-  
tationis locorum definitiones, per contrarium ex  
his facile colliguntur.

## DE CONFUTATIONE.

Diluuntur hac, que contra nostram sententiam  
ab aduersario adferri possunt.

Peroratio ut in genere demonstratiuo.

Principie

QVO MODO dicendi ratio, uel orationis  
œconomia facile deprehendi.

Principio breuibus ceu lineis quibusdā sive notis  
Orationum partes obseruandæ, id quod ex historiarum demogorij haud est difficile factu. Vbi enim ipsum orationis corpus è succinctis huiusmodi concisionibus animaduertitur, tum in Olynthiacis & Philippicis Demosthenis, adeoq; prolixioribus Ciceronis orationibus minori iuxta negotio, filium & caro perspicitur.

De Parectasi seu digressione & amplificatione  
in Iudiciali genere tractabitur.

LIBRI SECUNDI  
FINIS.

DE GENERE IUDICIALI,  
LIBER TERTIVS.

De Finitione.



Enus Iudiciale, quod Greci δικαιονόν vocant, est quod circa judicialē materiem uersatur. Duas species recipit κατηγορητικὸν, id est accusatoriam & ἀπολογητικὸν, id est defensoriam. καλεγομένης enim & ἀφολογία semper in hoc genere uersantur.

LIBER TERTIVS  
DE PARTIBVS ORA/  
tionis Iudicialis.

Hec propriae quinq; parteis recipit, Exordium, Narrations, Confirmationem, Refutationem. Quae orati Partitio & excessus uel digressio, sunt ornatae ornatū & adiutorium orationis, nō pars cause. Momentum iuptate nanq; dicendi, uel studio laudis acquirendæ euagamur.

FINIS HVIVS GENERIS.

Finis huius cause est aequitas. Circa aequum enim uersatur, Cicerone teste in Partitionibus. Reum enim condemnari, uel iuxta excessus sui rationem puniri, Innocentem præterea seruari, tunc aequum tum iustum est.

PHRASIS IUDICIALIS.

Perinde ac in Olympico certamine athleta, praesente ictusq; excipiente Antagonista, quantis post testiribus pro oleagina corona recipienda, contendit. Sic in hoc genere, dictionē esse grauem, acrem. uchementem, contentionis, affectuumq; esse plenā decet, ut que ante aduersarij conspectum pro uictoria maximopere depugnet. Demonstratiuum quidem genus liberius sese ostentat, ac honestum eximie predicat. Deliberatiū sedato animo, grauiter ac prudenter

## DE ARTE DICENDI. 12

ac prudenter consultat. Iudiciale concitata mente, ardentius affectu aduersarium uincere, deicere, super primere omnibus modis conatur: proinde lexim iuxta feruentiorem efflagitat, atque Epidicticon uel Symbuleuticon.

## DE STATIBVS.

Statum Græci στάσιν vocant, an à uerbo στάσις ἀπει quod disidere significat, quod Actor & Patronus circa statum delitigent. Vel quod circa hunc alter alterum exploret, Hermogenes tanquam incertum relinquit. Enim uero quis cum delicti insimulabit, qui statū πρὸς τὸ ίστέον id est à statuendo deflectat quodd summa questionis circa eā consistat.

Est itaq; Status, summa cause propositio, in qua totum negocium, ceu in cardine ianua, uertitur ad Status disquisitum omnia Confirmationis argumenta rediguntur. Pròinde Status, Constitutio, Questio, quod ex questione appareat, caput generalissimum in idem recidunt. De hoc Fabius lib. 3. sic præcipit, Nostra opinio semper hæc fuit, ut cū essent frequenter, in causa diuersi questionum status, in eo credere rem statū cause uersari, quod esset in ea potentissimum, et in quo maximè res uerteretur. Nec in-

## LIBERTER TERTIUS.

terest inquit idem, quibus quicq; nominibus adpellatur dum res manifesta sit.

## DE GENERIBVS STATIVVM.

Quamuis tam Græci quam Latini hic dissident, ac ipse Cicero in alijs Rheticorū suorū libris, aliter de statibus sentiat, diuersæ tamen utriusque linguae Oratorū de statibus sententiae, sere conueniunt. Placet autem hic Fabij Quintiliani iudicium sequi, quippe qui absolutissime omnium hac de re scripsiterit, quandoquidem accuratissime cū Græcorū tū Latinorū monumenta perlegerit. Quo circa iuxta istius mentem duo sunt Statuum genera, Rationale & Legale. Rationale est quod in ratione nera duo. adeo q; natura rei consistit. Legale quod in legibus et iure versatur. Vtriusque autem generis sua sunt species.

Rationalis      Rationale species admittit quidē treis. Cōiectural species. lem, Finitiā & Qualitatis iuxta questionis triadem, An sit, quid sit, qualc sit.

Legalis      Legalis uero species sunt quatuor. Scripti et uotres species luntatis grecè γραπτοὶ & διναιοῖς. Contrariarum es. legū græce ἀντινομαῖς. Ratiocinatio, græce συλλογισμὸς, & Ambiguitas, quam illi τὰς ἀμφεβολίας dicunt.

Statuum

1 Coniecturalē.

An sit.

B sit.

Rationālē.

Iuxta que/  
fionem.

Quid sit.

Species ha-  
bet tres.

Statuum

3 Qualitatis:

Quale sit.

genus est  
duplex.

1 Scripti et uolum  
tatis.

γραπτὸν καὶ διενοίας.

Legale spe-  
cies recipit

αὐτονομίας.

quatuor.

Grace.

legum.

συλλογισμῷ.

3 Ratiocinationē.

ἀνθεῖσθαι.

4 Ambiguum.

LIBER TERTIVS  
QVIBVS GENERIBVS

Status tribuatur.

Quia neq; Græci neq; latini Rhetores in exemplis Statuum demonstratiæ cause mentione ullam faciunt: Cæterum solius deliberatiæ, ac Iudicilis potissimum, relinquitur Epidictico generi nullum planè statum accommodandū esse. Quod si Status sit circa quæ duo delitigent, ut Hermogenis sententia est: vel primi repulsio aduersantis, ut Trapezuntio acerrimi iudicij hac in re uiro uisum est, ad Demonstratiuum haudquaquam genus pertinebit. Firmanum itaq; Trapezuntij censuram arbitramur, qua in suis Rheticis certis rationibus Constitutione demonstratiæ cause adimit. Proinde ut intelligat adolescens arti dicendi initiatus, quo in statu Consultatio, Accusatio ac defensio aliqua pendeat, non ab re fuerit, singulas Constitutionū species accurate agnoscere.

D E S T A T V C O N I E C /  
T V R A L I .

Status coniecturalis græce σοκασινὴ σάτος à Status coniectura nomen habet. Est autem Coniectura, se-  
iecturalis. cundum Hermogenem, incertæ rei essentiam eiusdē  
concernens inditium, à quodam euidenti signo de-  
prehensem. Ut, Ajax Telamonius, ab insania sibi re  
stitutus

stitutus, in sylva suo gladio incubuit, Vlysses superueniens cruentū gladium extrahit, Teucer interim & ipse aduenit, qui dum fratris inimicum Vlyssem, cruento fratris ense conspicatus, cædis eum arcescit. Aliud. Ancilla quæpiam Marpurgi extra moenia in horto iugulatur, ipso meridie, cædes occulta manet ad usq; uesperam, autor cædis nusquam apparet Maurus quidā ad familiā Principis pertinēs, sepius inter undecimā et duodecimā circū hortos Dryades nymphæ inuisere uisus est: interea tēporis, ut sit, produnt qui assuerent sub tempus protinus cædis cruentas hunc habuisse manus. Colligitur huiusmodi ergo signis, loco, tempore, religione, moribus, cum esse auctore execrandi istius facinoris: tametsi postea tempus ueritatem in lucem protulerit, cumq; immum nem à tanto scelere comprobārit. Tales & id genus aliae questiones statu coniecturali tractantur.

QVIBVS LOCIS CON/  
iectura sit tractanda.

Circunstantijs potissimum absoluitur, quæ sunt.

1. Causa	5	Occasio	9	potestas.
2. Persona	6	Locus	10	præmium.
3. Factum	7	. Modus	Tum	11 spes.
4. Tempus	8	Voluntas		11 instrumēta

## LIBER TERTIVS.

Instantis facti inditia sunt clamor, sonus, gemitus. Futuri, latitatio, metus. At qui signa, uerba facta præcedentia & in sequentia tempus respiciunt. Animi uero coniectura in uoluntate, potestate & facto consistit.

## DE STATV FINITIVO.

Status finitus. Status finitiuus saceris opinio, est quoties à finitione causa pendet. Quā constat quid factum sit, sed quo nomine appellandū ambigitur. Ut surē dicendus, an sacrilegus: qui priuatum pecuniam ē templo sublegerit. Hic rationē finitionis nouisse operā fuerit pretium: nempe alteram nominis, alterā rei. Et quibus nam finitio partibus constet. Specie scilicet genere, et differentia, quae ē dialecticis petuntur.

## DE LOCIS.

Capita seu loci huius Status sunt.

- 1 Finitio, quae est breuis & aperta ex hominum opinione sumpta rei explicatio.
- 2 Finitionis pluribus modis tractatio, ab honesto utili, idq; genus alijs.
- 3 Facti ad definitum adiunctio.
- 4 Atrocitatis facti per locum communem exageratio.
- 5 Aduersariorum descriptionis reprobatio, per locos

locos inutilis, in honesti & reliquos Delibera-  
tui geriis.

- 6. Ducuntur etiam finitiones ab antecedentibus,  
consequentibus, adiunctis, repugnantibus  
causis effectis similibus.

## DE STATV Q VALITATIS.

Status qualitatis est, quum de facto nihil ambigi. Status qua-  
tur, uerum iure ne an iniuria factum sit queritur: ut litatis.  
si queratur. Occidisti matrem Clytemnestram Ore-  
stes, Occidi, at iure occidi: quandoquidē & illa iam  
antea patrem meum Agamennonem per Aegisthū  
adulterū dederat leto. In duas porrò species scindis-  
tur, hæc qualitas iudicialis. In Absolutā, quæ nō est  
à ueritate, & Assumptiā, nō est à ueritate in Her-  
mogeneis dicitur. Absoluta est quando reus nō in-  
ficiatur factū, sed iure tuctur. Ut Clodiū occidi, fate Dux speci-  
or equidē, sed iure hoc feci. paradigma ex Cice. Mi-  
nis ab Accio accusatus quod nomē suū in scena pro-  
nūciarit. hoc iure se fecisse cōfirmat. Nam licet cum  
nominare, cuius drama seu fabula publice agitur.

## LOCI ABSOLUTAE PARTIS.

- 7.2 Natura & constitutio sub iusto contentæ.

Nature species sunt: Pictas, fides, continentia  
par, aduersum.

Constitutionis partes sunt, lex, mos, iudicatu, passu.

## LIBER TERTIVS

Cicero in. 2. ad Herennium sic dinumerat hosce locos. iuris eos parteis esse absuerans.

- |   |              |   |            |
|---|--------------|---|------------|
| 1 | Naturam.     | 4 | Iudicatum. |
| 2 | Legem,       | 5 | equum.     |
| 3 | Consuetudinē | 6 | Bonum.     |
|   |              | 7 | Pactum.    |

## DE ASSUMPTIVA PARTE.

Assumptius status, est quum res non iure sed assumptis alijs extrarijs defensionibus nititur.

## HIVVS LOCI SVNT.

- |   |                   |
|---|-------------------|
| 1 | Comparatio.       |
| 2 | Remotio criminis. |
| 3 | Concessio.        |
| 5 | Interpretatio.    |
| 6 | Minutio culpe.    |
| 7 | Necessitas.       |
| 8 | Furtuna.          |
| 9 | Deprecatio.       |

## EXEMPLVM.

Romanus exercitus accersitur maiestatis, quod in furcis caudinis interclusus, impedimentis & armis dimissis, nudo milite abierit. Hic se iure tueri non potest, sed comparatione sui facti, cum accusatoris opinione defendit, alijsq; pro se se facientibus locis cōmodi.

commodius esse adfirmās, quod robur ciuitatis,  
egregiam iuuentutem, in columnē & saluam retinue-  
isset, amissis armis, quam quod nequicquam hosti-  
bus restitissent eo in loco, ubi nullius quantumvis  
eximia uirtus sese exercere potuisset.

### DE STATV S C R I P T I E T uoluntatis.

Versatur hic status in interpretatione legis. Nam  
nihil aliud est, atque scripti, quo lex sancta est, uel  
ipsius scriptae legis interpretatio, tum uoluntatis le-  
gis latoris examinatio. Quoties itaq; scripta lex, et  
uoluntas legislatoris inter se disidere uidentur,  
controversia scripti & uoluntatis dicitur: quum le-  
gis nonnulla obscuritas, explicatur clarius, uel sub-  
uertitur, cum ab actore, tum patrono. Ut lex est fur-  
quadruplum soluat, duo surripuerunt pariter decē  
millia, ab utroq; quadragena petuntur. illi postu-  
lant, ut uicena conferant, quandoquidem & in co-  
numero quadruplum sit.

### L O C I S C R I P T I E . 2 .

ad Herennium.

- z Scriptoris Encomium.
- z Scripti recitatio.
- z Percunctatio, sciant ne aduersarij, ita  
scriptum

## LIBER TERTIVS.

scriptum ut ipsi uolunt.

- 4 Collatio scripti cum aduersariorū sententia.
- 5 Quid iudicem sequi conueniat ostendere.
- 6 Excogitare ab aduersarijs sententiæ infirmatio.
- 7 Questio, nihil obsuisse, quo minus ita scripsit, ut aduersarij uolunt.
- 8 Nostre sententiæ ex scripto ductæ cōmonstratio.
- 9 Ratio eiusdem.
- 10 Exempla.
- 11 Periculum recessus à scripto.
- 12 Locus cōunis in eum, qui tametsi fateatur se contra scriptū fecisse, defensionē tamē quærat.

## LOCI SENTENTIAE.

- 1 Laus breuitatis scriptoris, quod tantum scripsit quantum necesse fuerit.
- 2 A calumpnia eius, qui literas potius, quam uotatem scriptoris sequitur.
- 3 Ab impossibili scripti, nepe quod neq; lege, neq; more, nec natura, nec & quo bonoue fieri possit.
- 4 Contrariū sententiā nostre aut stultā aut nullam aut iniust essem: aut non posse fieri, ex prece dentibus & insequentibus eam non posse elici, pugnare eandem cum iure communi.

Enumeratio

- 3 Enumeratione exemplorum à uoluntate, et contra scriptum iudiciorum.
- 4 A legibus exceptis, quibus uoluntas scriptoris intelligatur.
- 5 A loco communi, aduersus eū qui scriptum et non uoluntatem interpretetur.

### DE STATV CONTRA riarum legum.

Contrariarū legum status est duarū pluriumū legum mutua inter se pugna.

### E X E M P L U M C I C E R O N I S.

Lex est quityrannum occiderit, Olympionica, E. 2. de inv  
rum prēmium capito, & quam uolet rem à magis  
tratu sibi deposito, & magistratus ei concedito.

Et altera. Tyranno occiso, quinq; eius proximos  
cognitione, magistratus necato. Alexandrū, qui  
apud Phereos in Thessalia Tyrannidem occupa  
rat, uxor sua cui nomen Thebe, noctu quum simul  
eubārat, occidit. Hæc filium suum, quem ex Tyrano  
no hahebat, sibi prēmij loco depositit. Sunt qui ex  
lege puerū occidi dicant oportere. Res in iudicio est  
Hic petitionis nomine inuicem disident leges.

Aliud ex Fabio Quintiliano. Magistratus ab  
arce ne discedat. Et vir fortis optato quæ uolet,  
leges

## LIBER TERTIVS

leges sunt pugnantes casu. Aliud Tyrannicide  
imago in gymnasio ponatur. Mulieris imago ne po-  
natur. Mulier Tyrannum occidit. Ad hæc dig-  
na est obseruatu sententia Fabij Quint. Leges non  
ipso iure inquit, sed casu quodam colliduntur.

### LOCI HVIVS STATVS.

- 2 Collatio legum, quæ uidendum, quæ sit ho-  
nestior, quæ uero maioris commoditatis sit  
genetrix. Ea enim retinenda, quæ ad maxis  
mē arduas res pertineat.
- 3 Tempus legislationis contemplandum, pos-  
teriore enim prior abrogatur.
- 4 Ius&io & permisio consideranda, præcep-  
tū est necessariū, permisus est uolūtarius.
- 5 Pœne magnitudo in utra maior sit.
- 6 Videndum quæ iubeat, & quæ uictet.
- 7 Quæ generalis quæ specialis intunendum,  
utra ad plures, utra pauciores, uel ad unum  
aliquem pertineat.
- 8 Persecutionis legis cunctatio seu mora, utras  
statim, utra cum dilatione præcipiat quic  
quam fieri.
- 9 Lex scripto niti debet.
- 10 Contraria, ambiguitate, ratiocinatione,

## DE ARTE DICENDI.

17

aut definitione inducenda, ut quod apertius est, firmius & sanctius esse demonstretur.

20 Sententiam sue legis applicare scripto, contraria legem ad aliam sententiam traducere.

21 Ostendendū nostram legem si fieri possit aduersariorum etiam ratione conservari: proinde alteram necessariō negligendum.

22 Locus communis ex honesti partibus. Non statim semper accedendum.

## D E S T A T U R A T I O / cinationis.

Ratiocinationis statum, quem Græci Syllogismum dicunt, non hic dialectico more, Argumentationis speciem cui syllogismo nomen significat: enī uero controversiam, quando ex scripto ad non scriptum peruenitur. Vel quando causa aperta lege non potest defendi, sed coniectura qua piam protegitur.

## P A R A D I G M A.

Lex est neminem in comœdia nomine proscindas. Quidam comœdus persona, seu larua quosdam suggillans trahitur in ius. Contra legem inquit actor illum uel istum notasti. Atqui respondet, nemine ego nominatim perstrinxerim. Actor instat perinde esse  
C uel

## LIBER TERTIVS.

esse, uel nomine uel habitu, quo persona uel nomine  
indicetur quempiam suggillari.

### LOCI HVIVS STATVS.

- 1 Scripti recitatio, laudatio & confirmatio.
- 2 Rei, que cōtrouertitur, ad eam, que manifesta  
est collatio, ubi utriusq; similitudo est demons-  
tranda.
- 3 Admiratio per percunctionē, qui scripsi posuit,  
ut alterum æquū concedat: alterū neget, quū  
sit utrūq; eiusdem generis.
- 4 Ratio quur de altera re scriptum de altera non  
scriptum sit. Quia legislator neminem dubi-  
taturum arbitrabatur.
- 5 A simili, multa multis in legib. præterita, quod  
ex ceteris intelligi possint.
- 6 Aequitate. Atqui hi sunt loci defensionis.

### ACCUSATIONIS VER'.

- 1 Infirmatio similitudinis.
- 2 Ratiocinatio.
- 3 Inficiatio. Nihil præter scriptū considerandū.
- 4 Locus cōmunitatis, oportere ex eo quod scriptum  
sit, ad id quod non scriptum peruenire.
- 5 Contra Ratiocinationem, conjecturam, diuinationem eſſe.

De Sta

## DE ARTE DICENDI.

### DE STATV AMBIGUITATIS.

Amphibolia est, quum dictio aliqua uel oratio est Amphiboi  
uarie significationis. Hæc contigit in simplicibus et lia.  
coniunctis uocibus, in tono, uel pronunciatione, uel  
interpretatione, alijsq; uarijs rationibus.

### PARADIGMA EX HERMOGENE.

Duos filios habens Leonem & Pantaleonē, mori  
turus pater, tale testamentum scripsit. Εμὲ παν-  
τα λέων εχέτω. Hoc est, Mea omnia Leon habeto  
Frater Leo sibi totam legatā hereditatē contendit.  
Frater omnia Leon uel Pantaleon coniunctim le-  
gens, nempe: Mea omnia Leon habeat, ad se ex  
testamento pertinere hereditatem argutatur.

### ALIVD.

Ἐ τοῖοις κρίσις νοοῖσθε. Id est, Meretrix  
aurea ferēs, publica esto. Accusatur tu aurea gestas,  
es igitur publicanda. Scortum non se sed aurū publi-  
candum ex lege contendit. Publicandi enim uerbum  
non ad personam sed ad aurum referendum.

### LOC. I.

- 2 Non esse ambigue scriptū, ex precedentibus et  
consequentibus demonstrandum.
- 2 Collatio nostræ sententiae aduersarij, spectandū  
ut melius, rectius, honestius uel utilius dicat.

## LIBER TERTIVS

Natiua sermonis proprietas intuenda.

- 4 Tempus & uoluntas testatoris.
  - 5 Finis seu exitus, qui in utili consistit frustra hoc uel istuc à testatore adiectum, si ad se se hæres torquere uelit.
  - 6 Locus cōmuni ex causa ducendus. Non temrē aperta testatoris uerba caligine obscuranda.
- ALIVD EX CICERONE.

Paterfamilias, quū filiū hæredem faceret uasorum argenteorum pondo centum, que uolet, dato. Post mortem eius uasa magnifica, & pretiosè celata pertit à filio mater, ille se, que ipse uellet, debere dicit.

## DE RATIONE ET IUDICATIONE.

Statu inuento, intuendum, que sit ratio. Est autem ratio, qua factum defenditur: ut Orestes matrē Ratio quid occidit. Is iuste se occidiſſe confirmat. Status qualis tatis est an iuste occiderit. Ratio grece ὅτι τοι εστι: qua causatur. Quia illa iam ante patrem Agamemnonem occiderat. Iudicatio hinc. Num licuerit non centem matrem à filio interimi. Tum ille Continens adserit, quod σωματος Greco hoc est firmissimum argumentum adducit, ostendens Clytemnestram eo scmis

## DE ARTE DICENDI.

19

semper animo fuisse, ut uniuersum genus & stirpem  
Agamennoniam deleret.

Aliud paradigmata Questionis, Rationis, Iudica-  
tionis & Continentis ex Fabio.

Aruncus miles Lusium Tribunum occidit. Quæ Σεργουτ  
stio qualitatis an recte occiderit. αἰτιοῦ uel ratio  
Quia is uim inferebat. κρινόμενος siue Iudicatio.  
An licuerit indemnatum ac Tribunum a priuato oc- κρινόμενος  
cidi. στυχεῖον uel Continenſ. Quia sua cuique uita νοῦ.  
chara. Et iura permittunt tam priuatis quam publicis στυχεῖον.  
eis uim ui repellere.

## Q VID Q VINTILIANVS

de his partibus sentiat.

Verius, inquit Fabius, hi sentiunt: qui statim est  
Continens & Iudicationem esse uoluerunt. Nam  
affectata subtilitas est corpus orationis in tot minus-  
tas particulas concidere. Tantum de Statibus.

## DE CONFIRMATIONE.

Confirmatio constat argumentis cuique statui ac  
commodis. Ducuntur autem argumenta teste Hermo-  
gene omnia a circstantijs. Est uero Circumstantia Circumstantia  
quicquid est in nobis uerbis, negocijs, sententijs, tia quid sit  
consilijs et uita. Nempe locus, tempus, modus, per-  
sona, causa, negocium uel res, materia. Aristotiles

C 3 hec

## LIBER TERTIUS

hæc diuisit in probationes, quas extra causam traheret Orator, easq; à r̄ ex v̄s, id est in artificiales appellavit, ut sunt rumores, testes, iuriandū, fœdus, tormenta, Testamenta, Tabulae. Et alias quas ex causa traheret ac ipse gigneret, quas à r̄ ex v̄s id est artificiales ad pellat. Quem Cicero & Quintilianus sunt secuti. Artificiales itaq; probationes, sunt, quas Orator ex ipsa causa ducit. Quod genus sunt εἰκόται, πράξεις γυμναται, ἀνέχειρηματα, τεκμήρια, σημεῖα, φίληματα et γνωματα.

Et quanquam ex Quintiliano (cuius institutio-  
nibus latinus orbis nihil absolutius uidit) hæc omnia  
commodissime peti possint, qui perinde ac Her-  
mogenes argumenta omnia ad peristases reducit  
breuiter tamen ex Aristotele ad Alexandrum quer-  
dam annotabuntur, ut quid clarissimus cum philo-  
sophus tum rhetor Aristoteles senserit hisce in re-  
bus agnoscamus.

## Q. VID. Εἰκός.

Verisimile est, cuius expositi exempla, et conser-  
vati in animo sui auditores habent. Velut si quis di-  
cat optare & uelle se patria suam magnā esse. E a-  
miliaribus item & amicis benefacere. Optare se ut  
immiici & patriæ et sui infortunati sint, atque idge-

nus

genus alia ēnōtē id est uerisimilia seu decentia uideri possunt. Qui enī audit, haud est in conscius sibi, sc̄ quoq; consimilē admodum in talibus effectū rebus, nobis; eandē animi nostri cupiditatem esse.

## SPECIES TOY ÉIKT'ΟΣ.

Sunt autem uerisimiliū treis species. Una est in Adfectibus accusatione nostra uel defensione, affectus, qui ho rapi minibus natura obueniunt assumere. Veluti si fastu turgidi, quempā contempserint, uel metuerint, uel eandem rem s̄epius patrauerint, uel oblectati, uel contristati sint, uel cupiditate arserint. Vel à concupiscentia destiterint, uel diuites fuerint. uel tale quidam passi sint quod uel corpore, uel animo, uel sensibus percipimus: auditoribus et iudicibus uerisimi lē causā facit & credibile. Atque hēc hominibus natura cōtingunt. Altera species Verisimiliū est Con-  
suetudo, quod prosua quisq; consuetudine agat. do-

Tertia, Lucrū. Est autē in uerisimili quaq; per sona etas, & reliquæ circumstantiae. Lucrum.

## DE PARADIGMATE.

Paradigmata sunt res gestæ similes & contra Paradig-  
ricijs, que à nobis dicuntur. Atque exemplo credi  
bile redditur, quod per τό εἰνὸς nondum proba-  
tum est.

LIBER TERTIVS  
DE SPECIEBVS PARADI/  
GMATIS.

Sunt autem due species uel modi paradigmatis.  
*Species* seu exemplorum. Quedam enim sunt rerum secundum  
due Paratus rationem. Quedam præter rationem fiuntur.  
*dignum* Quæ secundum rationem sunt, fidem faciunt & ad-  
hibent rebus. Quæ præter rationem, fidem admunt.

Exemplum secundum rationem est huiusmodi Athene  
nienses, multos, sociorum suorum copijs freti, hosti  
um suorum debellarunt. Quare & nobis est opus  
sodera cum socijs ferire, & multos nobis ad una  
bellum faciendum conciliare. Præter rationem est.  
Thebani Lacædemonijs ac ferè cunctis Peloponne  
sijs in Boæotiam irruentibus, soli circa Leuctra belli  
gerantes, restiterunt, Lacedæmoniorumque uim su-  
perarunt.

DE TECMERIIS.

Tecmeria id est obseruationes & certa inditio,  
Tecmeria. rem secus transactam, quam causa illa, quæ contro-  
uertitur ostendit, nunciant. Vel ~~et~~ non potest sunt in  
quibusunque oratio sibi contraria esse dijudicatur.  
Auditores enim è repugnantia, quæ uel circa oratio-  
nem, uel rem uersatur, nihil sani, neq; in uerbis, neq;  
factis esse colligunt eu certissimis signis. Ut Ajax  
pecudes

DE ARTE DICENDI. 21

pecudes & prædam Græci exercitus nocturno tem-  
pore cedit, contra uitæ & morum suorum ratio-  
nem: ergo necessario mente captus est. Ajax igno-  
rat quid agat, ergo non est apud se sc. Ajax suo se  
gladio traiecit, igitur non fuit rationis compos. In  
his enim est pugnantia et contrarietas, in persona,  
in uerbis & factis, ut apud Sophoclem in Aiace lis-  
quet. Quintilianus discrimen inter ~~τεκμήπαι~~ facit  
& σημεῖα. Quod hæc non sint necessaria, ut  
Athalancam cum iuuenibus in nemore obambulare  
σημεῖοι eam non esse uirginem. Illa uero necessaria  
sint. Ut peperit, non est igitur uirgo.

## DE ENTHYMEMATE.

Enthymemata sunt, quæ non solum rationi ueris & factis repugnant, Verum quæ cunctis etiam Enthyme alijs, hoc est utile, commodo, legitimo & honesto, ma. credibili uel possibili, renituntur. Vel ubi sibi ipse aduersatur reus. Vel ubi cum moribus dicentis, uel rerum consuetudine causa luctatur. Pro nobis enim probandum, quod et actiones & mores & res gestæ omnes planè tali crimini aduersentur. Semper ab in eunte ætate ad hanc usq; horam concordiae pacisq; studiosissimus fui. Qui igitur huius seditionis autor sim? Aliud atq; aliud loquitur, non est igitur

## LIBER TERTIVS.

Sincerus. Sibi ipse contradicit, non est ergo illi credendū. Fabius imperfectū uel Rheticum syllogiſum quibū mēnū adpellat.

### DE GNOME.

Gnome  
quid.

Species  
dua gnomarum.

Gnome est omnibus in rebus proprij decreti, & peculiaris opinioñis manifestatio. Due sunt species gnomarum. Aliae sunt celebres, omniū consenserunt probatae. Aliae communem hominum opinionem exuperant. In gnomis hominum opinioni inclusis adeoque perspicuis, non est opus subnectere causam.

In Sententijs uero paradoxis breuiter est subiungenda ratio, ne prolixitatis nomine nugator uidetur, uel fidē amittas. Dicuntur gnome ex propria natura, uel ex hyperbole, uel ex similitudine. Ex propria natura sic. Non uidetur mihi fortis esse Imperator, qui rerū maxime bellicarum ignarus est.

Prudentiū est prætertarū rerū exemplis monitos, eauere sibi ab imminentibus, ex imprudentia periculis. Ex Hyperbole. Fures mibi grauiora uidentur committere, quam predones. Nam illi clauculū. hi uero palam pecunias & facultates auferunt. A similitudine. Aequē delinquere uidentur mihi, qui facultatibus quenquam priuant, patrie proditori bus. Nā uterque fidus habitus creditibus sibi imponit.

D E

## DE ELENCHO.

Elenchus est eidens probatio ex necessariō Elenchus  
ducta, quæ se se non aliter habere potest, atq; nos di quid.  
cimus. Ut, viuentibus necessarius est cibus et potus  
Necessū est eos qui flagris ceduntur, fateri quod fla-  
gellantes iussent. Hęc de speciebus Argumētatio-  
nū ferè ex Aristoteles ad Alexandrū Rhetoricis.

CATHOLICA DE ARGV/  
mentationis speciebus.

Tot sunt argumentationis formulæ Rhetoribus  
quot Dialecticis. Aut enim Syllogismo, aut inducī  
one, uel exemplo, uel Enthymemate. Et si quæ sint  
alia Dialecticis species, ut Dilemma, Sorites, Rhe-  
tores in suis confirmationibus utuntur. Nisi quòd sumus Epi-  
Rethores laxius et fusius argumenta sua tractant, cherema  
et specie speciei Argumentationis immiscent. Syl Ratiocī-  
logismus, Epicherēa nomina sunt diuersa, re tamē natio idem  
eadem. Quinetiam cōmune omnī Argumentorum Epichere,  
nomen Epicherema Græcis esse constat. Cicero Ra ma est etiā  
tiocinatoīe appellat, quam, alijs bipartitā, alijs Rhe/ generale  
torum tripartitam, alijs quadripartitam usurpant, cuiuslibet  
Cicerone & Fabio testibus. Tripertito Epiche/ arguments  
remate in oratione pro lege Manilia utitur. Primā tationis for  
Epicherematis uel Syllogismi propositionē, sim/ mulae nomine  
pliciter ppositionē Ciceronominal, Fab. intentionē

## LIBER TERTIVS

Dialectici Maiorem. Secundam assumptionem Cicero, Quintilianus eodē nomine dignatur. Dialectici Minorem. Tertiam Cicero Complexionem, Fabius Connexionem, Dialectici Conclusionem: perinde ac sequenti tabella planum fit.

M. CIV. { Primam. { Epichære / Propositionem  
{ secundam. { matis pro / assumptionem } hocat.  
{ tertiam. { positione. { complexionem }

Fab. Quint. { Primam { Epicherma / Intentionem  
{ secundam { his proposi / assumptionem } nominat.  
{ tertiam. { tionem. { connexionem }

Dialectici. { Primam { Epicherre. uel Maiorem  
{ secundam { Syllo. pro / minorem  
{ tertiam { positione. { conclusione. { adpellant.

Epicherema atq; Ciceronis pro Manilia lege  
hunc ad modum sese habet.

Quicunq; rei militaris scientia, uirtute, autoritate  
& felicitate cæteris præminet, Imperator ad res  
giam bellum est deligendus.

Gn. Pompeius rei militaris scientia, uirtute, au-  
toritate & felicitate cæteris præmiuet.

Gn. igitur Pompeius imperator ad regium est  
bellum deligendus.

Atq; hac ratiocinatione totam confirmationem  
atq; adeò causam illā absolvit. In Assumptionis pro-  
batione, Inductione, Tecmerijs, Enthymematis id/  
que genus alijs speciebus usus. Quare qui Dialecti-  
ca gnarus est, is felicius rhetoricū filum adsequitur.

Porrò Exempla, Tecmeria, Semia, Enthymemata,  
gnomæ, Elenchi, Argumētandi formula non dis/  
crepant. Nam antecedenti & consequenti propemo-  
dum perficiuntur. Sed sola inuentionis, consiliij, sig-  
nificationis, materiæ, & locorum idea differunt.

Gnomæ ab Aphthonio secus tractantur atq; ab  
Aristotele: propterea quod Aphthonius progym-  
nasmatis loco eam tradat. Aristoteles uero ut specie/  
m Argumenti, quod orationi inseratur. Saepè etiam  
Maior & Minor ordine permutantur. In manifesta-

## LIBER TERTIVS

præterea Ratiocinatione, sæpe Connexio prætermis-  
titur, ut quam per se se iudex animo concipiatur.

### D E L O C I S.

Tametsi Loci omnium generū explicati sint iam  
antea, interea, tamen, capita ista Rhetorica inclusa  
sunt & eximuntur etiam è Locis, quibus de Aristotele  
teles in Topicis, Cicero Aristotelem secutus ad Tre-  
batiū, Rodolphus Agricola, Cæsarius disertè agunt.  
Quintilianus talium locorum præcipuā sanè ratio-  
nem habuit: quare quos ipse locos deprompsit in  
mediū ex ipsius quinto libro proferre in præsentia  
placuit. Catalogo nomenclaturarū contenti, cætera  
enim ex ipso autore petenda. Ductunur argumen-  
ta ut iam antea dictum, uel ex personis, uel rebus.

### L O C I P E R S O N A R V M.

Genus.	Victus.
Natio.	Studia.
Patria.	Aet <i>a</i> .
Educatio,	Dict <i>a</i> .
Habitus.	Commotio.
Fortuna.	Consilia.
Conditio.	Nomen.
Animi natura.	Mors.
	Consecuta morte.
	Loci

## LOCI RERVM.

Circumstantie hic ut in omnibus causis primum occurunt.

Quare }  
Vbi }  
Quomodo } facta sint.  
Quando }  
Per quæ }

Q V A R E causam querit facti recti uel futuri  
cuius duo genera, alterum bonorū, alterum malorū.

Bonorum	{ 1	{ 2	{ Adoptio
4 species.	{ 3	{ est	Incrementum } bono /
	{ 4		Conseruatio } rum.
			Vsus

Malorum	{ 1	{ 2	{ Euitatio
species itē	{ 3	{ est	Liberatio } malorum.
4.	{ 4		Imminutio
			Conuersio

Cause prauorū, bona sunt & mala apparentia  
licet non sint hinc praui affectus, ira, odium, inuidia  
spes, ambitus, metus, fortuna, audacia, ignorantia.

Y B I, locū querit, Mōtanus an planus. Coniectus  
& iuris et qualitatis est, Cōmendationis et inuidiae.

Quomodo Modū querit: quāna ratione quippiā  
factum

LIBER TERTIVS  
factum dictum, scriptumque sit. Scripti uoluntatis, et  
coniecturæ est.

Q V A N D O tempus querit. Olim, tunc,  
hyems, uer, æstas autumnus. Ad consilia, demon-  
strationem & iudicia ualeat. Ducuntur hinc argu-  
menta. Ex Antecedentibus, ex Coniuncto, ex con-  
sequentiis huc & casus pertinet. Occasio item et  
facultates, Voluntas & potentia.

P E R Q V A E, Instrumenta respicit. Copi-  
as nempe, facultates, signa, ut spiculum in corpore  
cruentum.

Q V I S, Q V I D, Q V A L E, personam &  
rem in omnibus prorsus causarum generibus respis-  
ciunt. Hinc nascuntur questio[n]es An sit, quid sit  
quale sit. Ex his porro tribus, loci prodeunt.

Finitio	Simile, Dissimile
Genus	Contraria, Repugnantia.
Species	Consequentia, εκόλονθα.
Differentia	Sequentia, ἐπαγόμενα.
Proprium	Species horum due, Actio &
Divisio generis in tempus	
Species	ἐκ τῶν προς ἀλλυλα: ut
Partitio totius in partes.	Quod discere honestum est. & docere. A causa effi- Moment.

Momenta rerū iux-	ciente ad effectum finis. Euenu-
ta temporis distin-	tus. Iugata.
ctionem, nempe	Appositiua uel Comparatiua.
Exordium	A maiori, A minori, à Pari con-
Incrementum	iectura. Ex pluribus ad unum.
Summa.	Ex uno ad plura.
	‘A parte ad totum.
	‘A genere ad speciem. Ex conti-
	nente ad contentū.
	Ex difficilioribus ad faciliora.
	Ex longe positio ad priore.
	Fictio <i>καθ' ἀδύτην</i> .

Ex his, inquit Quint. plurimæ species manare possunt. Sed satis est nouisse quo acies mentis sit uertenda.

## DE PROPOSITIONE.

Propositio est omnis confirmationis initium, iuxta Quint. sententiam. Nendum enim ad questionis principalis ostensionem proponitur, sed ad singula etiam argumenta. Sunt autem & simplices duplices & multiplices, adeoque coniuncte saepe propositiones. Ut, quum Socrates accusatur corruptæ iumentutis, & nouæ, quam induxerit religionis. Nuda est propositio, si dicam furtum obijcio, homicidij

## LIBER TETRIVS

illum accuso. Propositio cum subiecta ratione est huiusmodi. Maiestatem minuit C. Cornelius. Nam codice tribunus plebis, ipse pro concione legit. Vim propositionis habet, cum exposito rerum ordine subi- cimus, de ijs cognoscitis, quo admoneatur iudex ad esse finem narrationis & confirmationis initium.

### DE PARTITIONE.

**Partitio.** Partitio est, qua aduersarij causam uel nostram, uel illius, uel nostras propositiones, uel utrorumque partimur, atque in certum ordinem colligimus: ut Ciceron pro Murena. Intellige iudices treis totius accusationis partis fuisse, Et earum unam in reprehensione uitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse uersatum. Offitium partitionis est lucidam reddere causam, ut iudex intelligat quid & quantum sibi animaduertendum, utque memoria non minimum auxilium acquirat, dum seQUITUR, atque secum reputat partitionis membra. hac enim, quid quo ordine dicturi sumus appareret. Partitione interdum omittitur, si uelit uideri Orator secum non attulisse meditatam ac dominatam κατηγορίαν ἡ απολογία, sed in ipsa iam primum controuer- sia subito citra aliquam sedulitatem quæsitam & excogitatam.

## DE DIGRESSIONE

Digressionem uel agressionem uel egressū Gre Digressio.  
 ci παρεξέστη appellant, qua ab instituto in ali-  
 quem plausibilem locū expatiamur. Hanc quidam  
 Narrationi subiungi oportere putant. Parecbasis,  
 inquit Qui int. est aliena rei, sed ad utilitatem causæ Parecbasis  
 pertinētis, extra ordinē excurrens tractatio. Quic  
 quid enim dicitur præter has quinque, quas fecimus  
 parteis, egressio est, Indignatio, miseratio, inuidia,  
 conuitum, excusatio, cōciliatio, maledictorū refuta-  
 tio, similia ijs, quæ nō sunt in quæstione, Omnis am-  
 plificatio, minutio, omne affectus genus, de auaritia  
 luxuria inspergere quedā. Sunt autē hæc planè in/  
 numera, quæ rebus nō cohærētib. inscrutur. Cicero  
 in proœmio pro Milone digreditur. Qui aliqd ante  
 quæstionē præparat paulo lōgius exit. Ceterū quod ex  
 medio erūpit, cito ad id redire debet, unde diuertit.

## DE REFUTATIONE.

Refutatio quartū obtinēs locū, ex ijs dē capitib. su-  
 mitur, è quibus cōfirmatio. Et quanquā tota Apolo Refutatio.  
 glia id est defēsio nihil aliud sit, preterquā Accusati/  
 onis refutatio. Tamē in defēsione quoque est cōfuta-  
 tio. In progymnasmatis Aphthonij tanquam pars  
 exercitationis dicēdi. Hic uero Cōfutatio et Cōfir-  
 matio in alijs causis, alijs locis constat.

## LIBER TERTIVS

### DE PERORATIONE.

**Peroratio.** Peroratio uel Conclusio uel Cumulus, constat partibus pricipue duabus. Rerū repetitione, et congregatione, quæ Græcis ἀναφελούσις nomina sunt. quæ totam simul confirmationem, quantum ad pricipua argumenta pertinet, ob oculos ponit, memoriam iudicis reficiens. Sed hic schematis et suis lumenibus illustrata est oratio. Ne si per omnia, ut antea sunt dicta repetantur, iudici in mentem ueniat, eius memoria non adhibere fidem. Altera pars est sita in affectibus. Est enim concitandus iudex uel mitigandus, adeoq; ad misericordiam, ad iram, ad dolorem, ad gaudium, ad spem fuscitandus. Hinc benevolentiae & cōciliationis ratio in exordijs tradita huic quoq; pertinet. Maxima Eloquentiæ pars in affectuū consistit motu. In ceteris enim partibus pleriq; eruditi homines reperiuntur. In affectibus admodum pauci deprehenduntur potentes. At qui citra horum concitationem nemo Eloquentiæ sibi nomen conciliare potest. Regnat in his maximè Euripedes in Tragœdijs & Sophocles, unde horum Tragœdiæ nedum manibus gestanda: sed animis etiam Eloquentiæ candidatorū sunt libranda. Estq; illis ipsis citra affectuum rationē plurimum laborandum. Nam  
bis

his poteris iudicem & auditores, quo uolueris per-  
trahere. Id est uerē, quod dici cupis esse eloquens.  
De quatuor affectuū fontibus est apud Ciceronem  
in Tusculanis, apud Aristotelem in. 2. Rhetorico/  
rū, Quintilianū in. 6 . ubi affectus in πάθη et ἡδε  
secernit. M. Cicero in Bruto. M. Callidum, alioqui  
docendo & delectando haud quaquam infimum:  
propterea non placuisse adserit, quod mouendis af/  
fectibus fuerit nullus, siue quod non potuerit, siue  
quod non cōsuērit. Non ab re autē uidetur et Cice-  
ronis & Fabij de affectibus sententiā subiungere, ut  
arti dicendi iniciati, huic parti diligentius incūbant.

### DE AFFECTIBVS EX ORA/ tore Ciceronis.

Duo sunt inquit, quae bene tractata ab Oratore  
admirabilē Eloquentiam faciant. Quorum altetū,  
quod Græci ὕβρικόν uocant, ad naturā, ad mores,  
et ad omnem uitę consuetudinem ac commodatum.  
Alterum quod idem ταχεύτικόν nominat, quo per-  
turbantur animi, & cōcitantur, in quo uno regnat  
oratio. Illud superius, come, iucundum, ad bencuo/  
lentiam conciliandam paratum: hoc uehemens, in/  
censum, incitatum, quò cause eripiūtur, quod quum  
rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo ge/  
D 2 ncre nos

## LIBER TERTIVS

Nere nos mediocres, aut multo etiam minus, sed magno semper usi impetu, saepe aduersarios de statu etiam deiecimus. Nobis pro familiaritero, summus Orator, non respondit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit Nobis priuata in causa magna et gravi, cum cœpisset Curio pater respōdere, subito assedit, quum sibi uenenis memorīa erectam diceret. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eō sum usus pluribus, quod etiam si pluribus dicebamus, perorationem tam men omnes relinquebant: in quo ut uiderer excelle, non ingenio, sed dolore adsequabar. Quæ qualia cunq; in me sunt, me enim ipsum non pœnitet, quanta sint, sed apparent in Orationibus, et si libri earent spiritu illo, propter quem maiora eadem illa: quam aguntur, quam quam leguntur, uideri solent. Nec uero miseratione solum, mens iudicium permotuēda est, qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerū infantē in manibus perorantes tenuerimus. Ut alia in causa, excitatore nobili, sublato etiā filio paruo, plangore et lamentatione compleremus forū. Sed etiā est faciendū, ut irascatur iudex, mitigetur, inuidet, fauet, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satiitate adficiatur, speret, metuat, latetur, doleat. Quæ

leat. Quia in uarietate, duriorum, accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones meæ.

**Q**UINTILIANUS nō mitiores affectus & leniores uocat, quibus iudicem ab ira, ab odio, ab inuidia & miseratione auertimus, adeoq; incēsum asperioribus animū mitigamus. Hortatio ad uirtutes clemētia itaq; caritas, & consolatio ad h̄b̄ pertinent. Asperiores et duriores ῥώθι grecis dici, ide tradit. His enī iudex cōcitatur, ut orator paulo ante dixit, ad irā, odiū. atq; planè inflāmatur, ut cogatur Oratoris sententie obsecundare. Aphthonij in Progymnasmatis Ethopœia, Idolopœia & prosopœia ex affectibus constituitur. Quid autem ταῦτα πρεπού Ciceronis idolopœia, qua cœcū quendā ab inferis excitat ac impudicā Clodiam accerrime increpat? Quid tibi mulier, inquiēs, cū Cēlio? quid cū homine adolescens tulo? quid cum alieno? quid aut tam familiaris huic fuisti, ut aurū cōmodares? aut tam inimica ut uenerū timeres? Ac quantū in affectuū cōcitatione atq; permotione situm sit ē Quintiliani quoque testimoniū cognoscere cōcessum eo loci, ubi, Certe sunt, inquit, semperq; fuerunt nō parum multi, qui satis perire, quæ esset probationibus utilia reperirēt. Quos equilibre non contēno. Sed haec uenustus utiles credo ne qd

D 4 per eos

## LIBER TERTIVS

per eos iudici sit ignotū. Atq; ut dicam quod sentio dignos à quibus causæ disertè doccrētur. Qui uero iudicē rapere, et in quē uellet habitum animi posset perducere, quo dicto flendū et irascendū rarior fuit. Atque hoc est, quod dominetur in iudicijs, hæc eloquentiam regunt. Nam argumēta plerūq; nascuntur ex causa, et pro meliore parte plura sunt semper ut qui per hæc uicit, tantū non desuisse sibi ad uocatum sciat. Vbi uero animis uis adserenda est, et ab ipsa ueri contēplatione abducenda mens, ibi propriū Oratoris opus est. hoc nō docet litigator. hoc causarum libellis non continetur. Probationes enim efficient sanè, ut causam nostram meliorem iudices putent. Affectus prestant ut etiam uelint. Sed id quia uolunt, credunt quoque. Nam cum irasci, fauere, odiisse, misereri cœperunt, agiā rem suam exiſtimant, Et, sicut amantes, de forma iudicare non possunt, qui a ſenſum oculorum premit amor: ita omnem inquirēdæ ueritatis rationem iudex amittit, occipatus affectibus æstu fertur, & uelut rapido flusmini obsequitur. An cum ille qui pleriq; peroratio nibus fletus erumpit, non palam dicta ſententia eſt? Huc igitur incumbat Orator, hoc opus eius, hic labor esto. Sine quo cetera nuda, icina, infirma, ingrata

grata sunt. Adcō ueluti spiritus operis huius atq; animus est in affectibus.

VBI AFFECTVS LOCVM  
habeant.

Locū habent affectus Cicerone in. 2. de Oratore testimonii dicente proprie in exordijs atq; peroratione. Sepe tamen digredi licet ab eo quod proposuerit, permouendorum animorum causa. post Narrationem post Confirmationem & Refutationem.

Hęq; causae, inquit Cicero, sunt ad augendum & ornandum grauiſſimae atq; plenifimae, que plurimos exitus dant, ad eiusmodi digreſionem, ut ijs locis uti liceat, quibus animorum impetus, eorum qui audiunt aut impellantur, aut reflectantur.

QVA RATIONE AFFECTVS  
moueantur.

Qui aliū ad uoluptatem, ad spē, ad metū ad miserationē, indignationē, idq; genus alios affectus per mouere uoluerit, opere prætium est ut primum ipſe sit ea imbutus affectione. Igitur alterius calamitas Oratori uel patrono perinde ac propria usurpanda est, personaq; eius induenda, qui uel iniuria lœsus est, uel damnum accepit. Qui hunc ad modum imaginem alterius sibi impresserit, uel honesti et uirtutis amo-

## LIBER TERTIVS

tis amore ita raptus & inflamatus fuerit, ut uel ad la  
chrymas, ad miserationem, ad odiū, ad indignationem  
primū ipse trahatur et accendatur, quam alios per  
mauerit, Græcis εὐφεντασιωτοι dici Quintiliu  
anus autor est. Vnde cū elegantissime, tū pulcherriſ

In.2.de me Cicero. Neq; enim facile est perficere, ut irascas  
Oratore. tur ei, cui tu uelis, iudex, si tu ipse id lente ferre uis  
deare, neq; ut oderit eū, quē tu uelis, nisi te ipsū flat  
grantē odio ante uiderit. Neq; ad misericordiam ad  
ducetur, nisi tu ei signa doloris tui, uerbis sententijs  
uoce, uultu, collachrymatione deniq; ostenderis. Ut  
enī nulla materies tā facilis ad exardescēdū est, nisi  
ad moto igni, ignē cōcipere possit. Sic nullamēs est  
tā ad cōprehēdendā uim Oratoris parata, que pos/  
sit incēdi, nisi inflamatus ipse ad eā et ardens acces/  
erit. Ac ne forte hoc magnū et mirabile esse uidea/  
tur, hominē toties irasci, toties dolere, toties omni  
animi motu cōcitari, presertim in rebus alienis mag  
na uis est carū sētētiarū, atq; corū locorū, quos agas  
tractesq; dicēdo, ut nihil opus sit simulatiōe et fallas  
eis. Ipsa enī natura oratiōis eius, que suscipitur ad  
aliorū animos permouēdos. Oratorē ipsū magis eti  
am quam quenquam corū qui audiunt, permouet.  
Quint. dū in sumendis affectib. periclitantiū per  
sonas inducet, se ita motū esse frequēter inq; ut nō

Solū eū lachrymæ deprehenderēt, sed pallor et uero

similis dolor. DE NVMERIS ORATIO. Numeri

Tanta ueteribus & Græcis & Latinis dicēdi orationis.  
 ratio, tanta cura tantum studiū fuit, ut & suis ora-  
 tionem mensuris, & rythmis quām diligentissime  
 sunt emensi. Quamuis autē Theophrasti & Aristote-  
 telis etas, minorē solutæ orationis pedū curā gesse-  
 rit, ac paucos plane, principij nimirū et finis obser-  
 uārit: postera tamen etas ut fieri solet, hac in parte  
 diligentior fuit. Promde quid Aristoteles, Cicero.  
 Quint. hac de re tradiderit, quām fieri poterit bre-  
 uiſime subiectur. Figuram uel habitū dictionis, id  
 est ipsā orationē solutā, neq; metro connexā esse, ne  
 que tamē rhytmī expertē esse conuenit. Est autem  
 Rhytmus solute dictionis numerus. Omnis oratio Rhytmus.  
 numeris carens laxa et uaga est, infinita item et im-  
 perfecta. Numeri igitur perfectionem adhibent Rhei-  
 tores. Quare diligenter numerorū ratio cognoscen-  
 da. Numerat aut Aristot. species Rhytmi primū,  
 herōū, hoc est daſtilū, quem grauib. rebus attribuit  
 ut, Si tua - u u. Secundo Iambū, ut ſ ei -. Quem uul-  
 garē et cōmūnē esse adſirmat Stoꝝ μελισα πάρτων  
 Φιοւβεια το̄ γγον̄ λέγοντες. Hoc est quod p̄  
 ceteris iambos ſonēt, qui q̄ cquā dicāt. Iambi enī uel  
 īuitis nobis, nō obſervantibus etiā nobis excidunt.

## LIBER TERTIVS

Tertio trocheum iambo contrariū, ut. Si quis - u.

Hunc Gordaci saltationi aptiorem ait, quemadmodum in Tetrametri Trochaicis uidere liceat, quorum rotatus est ac pernix numerus. Quarto et quinto duas paenam species tradit, quorum prior ex longa et tribus brevibus, principio apte tribus tur, ut  $\alpha\lambda\lambda\omega\gamma\epsilon\nu\epsilon$  - u u posterior ex tribus brevi bus et ultima longa, ut

Mετὰ δὲ γὰρ	υυυ-
ὑδατες ὡς,	υυυ-
καρὸν ḥ,	υυυ-
φάντοντες	υυυ-

Fini hunc aptiorem iudicat.

## DE INVENTIONE NUMERORVM.

Numeros Numerorum ratio, peruerteribus non fuit cognitam ratio. tamen necessaria enim prius quam que uoluptatis sunt inueniuntur. Quocirca Herodotus et Thucydides non quiesco numero, sed ipsa orationis structura forte fortuna facto sunt usi temere. Omnia duo sunt, inquit Cicero, que condant orationem, uerborum numerorumque iucunditas. In uerbis inest quasi materia quedam, in numero autem expeditio. De mosthenis non sic (ut idem adserit) uiibrarent fulmina, nisi

mina, nisi numeris contorta ferretur oratio.

Porrò uehemēter uitiosum est uersū in loco orati  
nis habitu excidere. Quāvis enī nobis non animad/  
uertentibus Senarij comici excidant, ne id fiat pro/  
spiciendum. Hieronymus peripateticus Isocratem,  
ea propter carpens, dum triginta uersus Lambicos  
¶ Anapæsticos, inique tamen ex orationū eius cor/  
pore sclegit, ipse interim tantus Corrector, impru/  
dens senariū admisit. Finis uersus male cludit. Sed  
ē contrariō finis uersus ordiri orationem potest, ¶  
principiū periodon claudere Fab. Quid sententia.

## DE PERIODO.

Numerose uero dicere cadit in periodū, quam M.  
Cicero in Oratore Circuitū, ambitum, comprehensi/  
sionem, Continuationem et circumscriptionem uer/  
tit. hæc ipsa κομψία & κώλα id est incisa et mem/  
bra est complexa. Primum igitur huiusmodi circu/  
ratio est habenda ei, qui numeros spectare uelit.

QVIBVS CONSTET PERIO/  
dus, ex Cicerone Hermogene & Quins/  
tiliano.

Constat ille ambitus & plena cōprehensio, ē qua  
tuor fere partibus, quæ mēbra dicimus, ut & aures  
impleat, & ne breuior sit, quam sit satis : neq; lon/  
gior

## LIBER TERTIVS

gior. Quanquam utrumq; nonnunquam, uel potius  
sepe accidit, ut aut citius insistendū sit, aut longius  
procedendum, ne breuitas defraudasse aures uideat  
tur, néue longitudo obtudisse. Sed habeo mediocri-  
tatis rationem. Nec enim loquor de uersu, & est li-  
berior aliquanto oratio. E quatuor igitur, quasi  
hexametrorū instar uersuum quod sit, constat ferè  
plena comprehensio. Hermogenescola periodo ad  
scribit. Insuper periodon μονὸν κωλοῦ, δίκωλοῦ,  
τρίκωλοῦ, τε τριάκωλοῦ esse adfirmat. Spiritus  
autem κόμματꝝ et κῶλꝝ accenset. Idem inter κῶ  
λοῦ & κόμμα discriben facit penes numerū syllab  
arum. ut κόμμα sit sententia, quæ à duabus ad se  
ptem usq; syllabas sese extendat, ut κατεξελαυβα-  
Periodus νῷῳ ὠρέόμ, καὶ οὐτα σκάπτῳ πυρθιόμ. Et Cī  
ex 4. cōma cero. Domus tibi deerat,  
tis χαστ- at habebas.  
μῷ exorna pecunia superabat, at egebas.

ta Si κόμμα sextam uel septimam syllabam attingit  
ἐπωδοῦ pariter nominat. Colon uerò sese ad  
octodecim usq; syllabas, iuxta eiusdem opinionē ex-  
tendit, post septenaria, quem commatis finem afficit  
Exēplum ut, καὶ οὐτα σκάπτῳ μὲν ὠρέῳ οἰλισίδῃ τύραν-  
colorum Cicero. Incurristi amens in columnas.  
In alienos insanus insanisti.

Periodus, at Fabius precipit, uel uno sensu in longum dicitur, uel pluribus. Estq; membris & incisis κόμμα mixta. Incisum sensus est numeris non conclusus. Κῶλος. Membrū, sensus numeris conclusus ac ueluti membra pars, sed à toto corpore auulsa. quod accidente cōclusionē perficiatur. tribuens ergo incisa & membra periodo, πνεύμα nō separat à periodo. Quād quam Trapezūtius diligentissimus artis dicēdi p̄cepto, nedum Spiritum à circuitu separet, uerūcte am ambitum Hermogenē sequutus ab eodē circuitu seccernat. Atqui cōpēdiosius iter ingreditur, qui hac in re Quint. sequitur et Ciceronē, nisi nimium iudicio sim torpente. fin quissimam discrimē inter circuitum, ambitum, periodon Trapezuntij, sequi malit, nihil is quicquam errabit.

### QVANDO SIT ADHIBENDA numerosa oratio.

Adhibenda est, si laudandum aliquid ornatius ut in 2. Verrina de Siciliæ laudibus, & in orat. de consilatu suo. Aut narratio exponenda, que plus dignitas desyderat quam doloris . ut in. 4. Accusationis de Ennenſi Cerere: de Segeſtana Diana, de Syracusianorū ſitu. In amplificatione item rei numeroſe fuditur oratio et uolubiliter. Preterea, contentiones, curſum, Expositio rerum tarditatēm requirunt.

## LIBER TERTIVS

Quia uero tarditas & cursus compositionis, perfectionis, uel numerorum ( hæc enim tria Ciceroni idem sunt ) pedum mutatione uel mora constat, & perficitur: pedes primum in orationem uel comprehensionem cadentes subtexemus. Sunt igitur huius modi disyllabi.

2	Spondeus	--
2	Pyrrhichius	vv
3	Choreus qui etiam Trocheus	-v
4	Iambus	v-

## TRISYLLABI.

1	Dactylus	-uu
2	Anapestus	uu-
3	Amphimacer qui & Creticus.	-v-
4	Amphibracchus.	v-u
5	Bacchius	v--
6	Palimbacchius	--v
7	Tribrachus	uuu
8	Moloßus	---

## TETRASYLLABI.

2	Pæon prior	-uuu
2	Pæon posterior	uuu-

## PENTASYLLABVS.

Dochimus	v--vv
----------	-------

EX.

Ex cōpositis pedibus tetrasyllabis duo soli paeon prior & paeon posterior scilicet eliguntur. reliqui non sunt adeo necessarij annotatu, quandoquidem in disyllabis pedibus continentur. ut

Paeon secundus est iambus & pyrrichius	v - v v
Paeon tertius est pyrrichius & trocheus	v v - v
Ionicus à minore pyrrichius et spondeus	v v - -
Ionicus à maiore spōdeus et pyrrichius	- - v v
Dijambus, duo iambi	v - v -
Ditrocheus duo trochei	- v - v
Antipæstus est Iambus et trocheus	v - - v
Chorijambus est trocheus et Iambus	- v v -
Epitritus primus est iambus et spondeus	v - - -
Epitritus secundus trocheus et spondeus	- v - -
Epitritus tertius est spondeus et iambus	- - v -
Epitritus quartus est spōdeus et trocheus	- - v
Dispondeus duo sunt spondei, ut	- -

## DE NUMERIS TRIVM CAV-

## SARVM.

In alijs inquit Cicero, hoc est in historia et in eo quod appellamus Epidicticon, placet omnia dici Isocras & Theopompeoq; more, illa circumscriptione, ambituq;, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quo quoad insistat in singulis perfectis absolutisq; senten-

E tis.

## LIBER TERTIVS

Etis Demonstratiū, inquit. Quintilianus, geniū omne fusiōres habet liberioresq; numeros. Iudiciale & Concionale, ut materia uarium est, sic etiam ipsa collocatione uerborum.

### Iambus DE NUMERIS INITII.

v - Haud est operosum prorsus in oratione pedes ob/  
Anapæ/ seruare. Nam sponte sese offerunt uel non quæsiti nu/  
stus v v - meri, si quis modo sepius sese scribendo uel dicendo  
Creticus exercitauerit. At qui nō eadem est principiorū ratio  
- v - quātū ad numeros attinet. Iam enim à breuibus, ut/  
Dactylus potest à Iambo incipitur. Ut nouū crīmē v - - v . Et  
- v u ab Anapæsto ut, Animaduerti v v - . A Cretico, ut,  
Spondeus Credo ego - v - A Dactylo ut Situa - v & apud  
-- Demosth ēι μὴ τέσλετο. idem contra Theocrinū  
Peon pri/ τὸ πεπρός ἡμῶν. A lōgis rectissime, ut quamquā  
or - - v v . -- Et Demosthenes ποθὶ σεφαίσ πρῶτη μ - -  
Choram/ A Peone priore. ut Isocrates ἐστὶ Λυτες. - v v v . in  
bus - v v v Encomio Helene. à Choriambō, ut Demosth. αἱ με  
Peon poste φτόροι. à Peone posteriore πετρὲ σεφαίσ φευδο  
rior. μαρτυριῶν. B. Demosthenes. ὅτι μὴ οὐκ v v v -  
v v v - . A Bacchio Demosthenes ἐπειδή. v - - . A Molos/  
Bacchius so. Cicero in Verrina. 5. Omnes qui alterum. - - -  
v - - Versus in oratione deformis est, et Grecorū &  
Molossus Latinorū iudicio, ideoq; summe semper fugiendus.  
--- Attamen

DE ARTE DICENDI. 34

Attamē ab Anapæsticis, à Iambicis Trochaicis etiā  
interdū & Demosthe. & Cicero sunt orsi, ut inter  
rim Liuiani exordij ab hexametro duci nullā equis  
dem mentionē faciā. A iambico dimetro auspicatur  
Cicero, cui trimetrum Iambicum comicū pro lege  
Manilia in primo mēbro citra respirationē subdit,  
ut. Quanquā mihi semper frequens --v---v-

Cōspectus uester multo iucūdissimus - - - - -  
---vv A trochaico dimetro in Catilinam.

Quousq; tandem abutere - v - v - vv  
A Trochaico trimetro pro L. Murena.

Quæ precatus sum à dijs immort. - v - v - - - vv  
Et ad Quirites post redditum

Quod precatus à Ioue optimo. - v - v - v - .  
A longis atq; adeo à spōdeis preclare orditur in sc̄i  
natū post redditū, apud graues enim uiros, in graui  
re compositione opus est, Anapæsticum Tetrame  
trum constituens.

-  
Si patres conscripti pro uestris immortalibus in me  
Cui monometron Anapæsticum subdit,

Fratremq; meum vv -  
A Scazonte orditur orationē ad populū et equites,  
antequam iret in exiliū. et si in quinto loco spōndens  
quadantenus obstat, ut. E 2 Si

## LIBER TERTIVS.

- - UU - - - U - - - U  
Si quando inimicorum impetum propulsare  
I Socrates paragraphicum à Lambico trimetro.

- - - - UU - U - - - U -  
Εἰ μὲν καὶ ἄλλοι τίνες οὐ σαινοῦσι συμβάντος.  
Euagoram item à senario Lambico

U - - - U - - - UU - U -  
δρῶμῷ νικόντες θεῶντά σε τὸν τάφον.  
Demosthenes ab Anapestico principium dicit  
πρὸς καλλικλέα.

- - UU - UU - - - UU -  
οὐκ οὐ πέρεων αὐδῆσος ἀθηναῖος χαλεπός  
UU - U  
πέρου οὐδέπο.

Troachicinitiū est in Demosthene ad Leocharā

- U - U - U - U -  
αἴτιος μὲν ἐστι λεωχαρής.

Initium Hexametri habet Demosthenes in ora-  
tione πρὸς Βοιωτόύ.

- UU - UU - UU -  
ἀδειαῖς φιλοπραγμαστίν.

Perinde ac Linius.

- - - UU - - - -  
Eacturus ne operapretium sim.

annp

Sunt autem optima exordia quæ longos brcui/  
bus, breues longis mixtos numeros recipiunt. Ut in  
prima Philippica.

- u - - - - u - .

Antequam de re publica. Et pro Publio  
Sestio. - u - u - - u - - - - u .

Si quis antea iudices mirabatur.

Neque malitiosc, ut summos autores, Eloquētīc  
principes carperē hos uersus congeſſi. quemadmoſ  
dum Hieronymo Peripatetico Cicero obijcit, qui  
dum trīginta uersus iniquo ingenio ex Iſocratis liſ  
bris collēgit, ipſe interim Corrector Senarium ad  
misit, uerum ut ostenderem, clariſſimos Oratores in  
principijs uersus, qui ſēpe nobis excidunt non refu  
gisse: nec opus eſſe ut refugerent in principijs ma  
xime. In cursu uerò & clausulis summi oratores li  
benter uersus pro uirili ſua deuitarunt. Neq; uersus  
orationis initio planè reprobari, tot Anapēſtici,  
Trochaici, Iambici, cum Demosthenis tum Ciceron  
is indicant, maxime ſi non studioſe petantur.

### DE NVMERIS MEDII.

Media cohærere debent, non pigra, non longa  
eſſe, non breuum duntaxat contextu resultare, ac  
ſonum puerilium crepitaculorū. Nam ut initia clau

E 2 ſuleq;

## L I B E R T E R T I V S

suleq; plurimum momenti habent, quoties incipit  
sensus, aut desinit, sic in medijs quoque sunt qui-  
dam conatus, qui leniter intersistunt, ut currentia  
pes etiam si non moratur, tamen uestigium facit,  
Quintiliano autore. Summa, etiam si morientis &  
cadentis orationis potissimum respectus habeatur,  
non sic tamen utriusque compositioni numeris ue-  
studendum, ut media uel incisa, uel membra temne-  
re, citra omnem numerorum rationem congeran-  
tur. ut quum Demosthenes in Olynthiaca secun-  
da tali compositionem utitur.

- - - v - - v - - - - - u  
δει δι' χρηματων, κηρυxεν τούτων οὐδέν  
- v v - - - v - -  
τει γενέσθε των δέοντων.

Gnomen hanc à Molosso Rhctor orditur, cui  
statim Iambus adfigitur, ut longus numerus breui  
temperetur, perinde ac M. Tullius Cicero. Omnes  
qui alterum Incisum autem sequens Anapæsto &  
Spondeo perficit. κηρυxεν τούτων uu---  
Cuius Compositionem si sic permutaueris hunc ad  
modum κηρυxεν τούτων κηρυxεν. gratiam perdet, pigra  
erit, ac similes numeros, cum precedenti commate  
constituet.

constituet. Quod si et huius gname postremum κῶλογ inuertas deturbabitur compositio. Nam si legas,

- u - u - u - - u --

δοθεῖται τῷ μὲν διέσωτῷ γένεσι

Tres Trochei simul iungentur, quod ne fiat rectius ditrocheo Iambus, dein spondeus, ad ultimum Bacchius adiungitur, ut

- u - u u - - - u - -

οὐδέτεν ἐσιγενέσθ τῷ μὲν διέσωτῷ.

Insignem compositionem et M. Cicero, ut semper in huius ambitus commatis colosque habet in oratione de Aruspicum responsis. Tu inquit, quum furiates in concionibus uoces mittis: quum domos ciuium euertis: quum lapidibus optimos uiros foro pelulis: quum ardentes faces in uicinorum tecta iactas: quum aedes sacras inflamas: quum seruos concitas: quum, inquam, sacra ludosque conturbas: quum uxorem sororemque non discernis: quum quod incas curibile non sentis: quum baccharis quum furis: tum das penas: que sunt hominum sceleri, à diis immortalibus constitutæ. Quia in periodo, acrisque instantia qua-

## LIBER TERTIVS

etia qualemque uerbum, qualemque uocula permisaueris, bellum concinnationem destruxeris. Rebus enim sunt uerba accommodata, & uerba in finem δι μοιοτελεύτων traiecta aculeum relinquunt in auribus iudicis, Haud igitur indiscriminatim, nec temere ipsos medie sententiae numeros collocandos ex hisce quadantenus constat.

## DE CLAVSULAE NUMERIS.

**P**rimum finis Hexametri male cludit, quare, Iu d'ic ij lū niā nī, & placuisse Catoni à latinis Eloquentiae principibus clausulae repudiabantur. Nec solum refert quis cludat, inquit Fabius, Sed quis ancecedat.

**Ditroheus** Trocheus ergo cludit & sibi iungitur, ut apud Demosthe. περὶ τῆς παραπρεσβείας. οὐτὲ πρὸς τὰς δικαστές. - u - u. Cicero pro lege Manilia. fructum est amplissimum consequutus. - u - u

**Paeon** posterior cludit. Demosthenes Olynthi. i. postea παυρός ἐνενε u u u -. Cicero pro Q. Ligario divisor uuu -. xisse videor u u u -. Si modo ultima pro longa censetur. Et si plurimi referat. Num longa sit ultima per se, uel breuis pro longa reputetur.

**Paeon** etiam prior cludit. Demosthenes ποδίτοῦ σεφάνου

DE ARTE DICENDI. 37

τοῦ σεφένον. των ἐλάνων κύριον γέγονε. Peon - uuu  
 Cicero ad Equites antequam iret in exiliū. Oppres  
 sū deprimit ad supplitiū. - uuu Extitit exitiū - uuu

Dochimus. Cicero in eadem oratione. precisa  
 erunt omnia u--uu. Demosthenes ποδὶ τῆς πα- Dochimus  
 ρα πρεσβ. σύμμαχον ὑ φίλον u--uu u--uu

Spondeus precedente Cretico eleganter cludit,  
 ut Cicero ad Quirites post redditū ac gloria prin/ Spondeus  
 ceps. Demost. ποδὶ σεφένον σκοπῷ τοῖ νυν δύ, cum cretico  
 θύσεξ αρχῆς. - u-- ibidē πεπφρ' αταέ πατερῶ. - u---

Tribrachus spondeū præcedit molliter. Demost.  
 henes ποδὶ της παραπρεσβ. ηὲ παντεῖσσα εἴ. Tribrachus  
 οὐλήθη Λίσσων πρεσβεῖ. Cicero pro L. Cor. cū spondeo  
 nelio Balbo esse uoluerunt uuu--. uuu--

--. Aristides in oratione πρός Βηθαίους. Εοσκη-  
 ματας ἐδειδών. uuu-- Quintilianus, temerita-  
 tes. uuu--u. Demosthenes iterū eadē πατάσσε-  
 αυτον. Εταπολογεῖται. uuu--.

Anapæstus spondeū præcedit. Demosthe. ὑμῶν  
 δὲ ξούθωτων. Cicero in Vatinīū de tuis tuorūq;  
 manibus uveruptos --. Aristides in Oratione pro Anapæstus  
 Pace Atheniensium ἀμαρτήματα σύμβατα. uuu cū spondeo

-- Iambus cū spondeo. cludit eadem sunt ex/ uuu--  
 exempla quæ Anapæsti cum spondeo. Nam in Ana

## LIBER TETRIVS

pesto etiam Iambus est.

Spondeus Spondeus Iambo prepositus cludit. Demosthe  
Iambo se- nes in commemorata oratione. ἐγώ τὰλαντον  
quente ἔχων ἐπ' αὐτὸς υ- ὠχόμιν -- u. Aristides in ora  
--- u - tione pro pace Lacedæmoniorū κινδυνεύειν ἔστε  
--- u -. Cicero in Pisonem Albutius Romæ dama-  
tus est -- u -.

Molossus. Molossus precedenti breui cludit idē exemplū  
u --- est. Anapæsti cum spondeo & Iambi cum spondeo  
nam utrinq; breuis molosſū precedit. aliud ex De-  
mosthene. Εἴτα τό του δίημου. u --- & τῶν  
ἀθηναίων. Aristides ὑπέρ λαντ. αἱρήνης ὁικεῖν  
καὶ φιλοκαὶδαί u --- . Cicero in Pisonē Ari-  
dentes facies penè ipse consul ministrabas u --- .

Bacchius Bacchius cludit & sibi iungitur. Demost. πάρε  
cū Bacchio πρεσβ. ὡς θερεῖται ιαφοιλῆς τῇ ὑστερεῖ. Et au  
u --- u --- τοῖς εἰμαστιν οὔτως ἔχονται. Si ultima pro longa  
accipiamus. Cicero in Vatinium. cū regibus u - cū -  
tetrarchis u --

Palimbac- Palimbacchius precedente Molosso cludit De-  
chius cum mosthenes πάρα πρεσβ. κόλαζοντες --- φαί-  
molosso νοιδε -- u . Et καὶ τοῖς πολίταις, καὶ τοῖς ἀλ-  
--- u λοις ἔλανσε ----- u . Cicero de prouincijs con-  
sularibus.

*Sularibus: Annus est integer uobis expectandus*

Choreus precedenti spondeo cludit. idem est ex exemplum Palimbacchij cum Molosso.

Dichoreus cludit. Demosthenes prima Philip. Dichoreus  
Ἀριστοῦ φιλίππου -υ-υ. Cicero in prima -υ-υ  
Verrina iudicium de pecunijs repetundis est consi-  
stitutum.

Choreus cum pyrrhichio & choreo cludit. De/  
mosthenes ἡγετὸς ἀλλασσοῦται - uuu - u.      Choreus  
in. 2. Philippica ac deinceps ἡ τὰς προσηγόριες cum Pyrri  
ἔχονται uu - u Cicero pro P. Quintio uirorum chio uel  
recreetur uu - u, & in eadem opprimere possit Choro  
- uuu - u.      preceden/  
ti. - uuu - u.

Dactylus cū cretico uel iambo Demosthenes in Dactylus  
Philip. y. nō pāsēc eutēv ἀμονούμεθα v -- u u præcedens  
ac deinceps τὴν μεγίστην ἔχη πολὺν καρπόν -u- te. Cretico  
-uu. Cicero pro P. Quintio. Medicinae facienda uel iambo  
locus non erit - u - - uu. -u--uu

*Amphibrachius cludit. Demosthenes in eadem.* n Amphibr  
τι το ἀξιωμα υ-υ. Et ut de fū Εμελλει. Marcus chus υ-υ  
Cicero. pro P. Quintio. Neq; inhumanus praece est  
unquam existimatus. υ-υ Continctur hic pes in  
superiori

## LIBER TERTIVS

Superiori exemplo chorei cum pyrrhichio.

Creticus Pyrrichius choreo precedente constituit paone  
precedēte priorem & principio & fini sententiae destinatum.  
Anapēsto, Demost.in Phil. i. y. γρὺταντες εις ακρόπολιν  
uel paone - u u u. Cicero pro P. Quintio. mediocri questu  
posteriore. contentus esse non - poterat u u supra exempla  
sunt etiam prolata - u u u

Paeō prior Creticus cum Anapēsto uel paone posteriore.  
- v v v Demosthenes eadem τὸν δύφραῖον οἰα ἐπαθε  
μεμνήμενος si ultima pro longa ceseatur. u u u  
- - u -. Cicero pro P. Quintio. Qum hominem  
nomino satis mihi uideor u u - dicere - u - .

Creticus - - u -. Creticus cum seipso. Demosthenes in  
cum seipso eadem ηγὲ τούς ἔλληνας σύγκληψ. Cicero pro  
- u v v Quintio pecunia debuit. si ultima longa censeatur  
aliud in eadem eō leuiora infirmioraque existimo.

Anapēstus - u - - u - Anapēstus sibi iungitur. ut Amplete  
geminatus re preclaras disciplinas puer incumbe musis, duns  
u v tēpus habes uigila u u - u u - coeli dominū metus  
u v u u - u u - Anapēstus cum spondeo uel bacchico  
Anapēstus cludit, ut. Quā misera est gens mortaliū: Quid enī  
cū spondeo dijuanius protulerint. u - - u u - ut, Calamitatē  
uel bacchico suam sentiens, ē matris alio egressus, uagit infans  
u - - u u - misere. u - - u u - .

DE SCHE

DE SCHEMATIBVS ACTROPIS,  
 QVIBVS GRAMMATICI,  
 POETAЕ, ET ORATO/  
 RES VTVNTVR.

Chemata sunt figure, uel habitus uel colos, quibus, ut picturæ uarijs coloris speciebus exornantur, ita oratio Rhetorica hisce illustrior redditur. Estq; quid. arte nouata loquendi forma σχῆματα. Cæterum de figuris Grammaticis, primū, mox poëticis, postremo, de ijs, que propriè Oratoris sunt, agemus.

DE FIGVRIS GRAMMATICIS

Prōinde σχῆματα grammatica sunt, quæ communem grāmatice suvitæ rationē excedunt. Neq; hic immensum hic figurarum huiusmodi pelagi exhaustire consilium fuit, sed eis tantummodo considerere, quæ uisæ fuerint, apud Grammaticos, poëtas & Rethores frequentiores. Inter σχῆματα ergo grammatica, principio occurrit enallage, quæ est uiarum specierum.

Est uero Ἐναλλαγὴ uel ἐπεριστος uel ἐκλογὴ mutatio generis, casuum uel numeri, adeoq; partium Ἐναλλαγὴ orationis, præter communem formulam, cum ornatis quodam

### LIBER TERTIVS

*tu quodam & bonorum autorum usu.*

1 Enallage generis est, dum genus pro genere ponitur: ut apud Virgilium. Cum canibus timidi uenerit ad pocula Dame.

2 Enallage personæ finite p infinitæ. Vir. 2. Geor.  
Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem  
Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos  
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.

3 Enallage numeri singularis pro plurali. Virg.  
Vterumq; armato milite complent

4 Pluralis pro singulari. Virgilius.

Nos tamen hæc quocunq; modo tibi nostra uicissim  
Dicemus, Daphninq; tuum, tollemus ad astra.

5 Enallage casuum. Nominatiui pro genitiuo. ut  
Vir constans animi. pro constantis animi.

6 Datiui pro nominatiuo. Cui nūc cognomē Iulo

7 Enallage accusatiui pro ablatiuo. uel ελληνισ-  
τος. Roseas laniata comas.

8 Græca etiam imitatio est, apud Virg.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.  
tibi pro te cū uel contra te. Theocritus μαχεύμος  
pugna mihi pro mecum.

9 Συνθετιψ uocant, dum collectiuū nomen singulare.

gulare, plurali uerbo adiicitur, Vergil. Pars in gravitate exerceat membra palestris.

20 Enallage uerbi passiui pro actiuo . Fabricatus est ensem , pro fabricauit, Virg.3 Georg. Prius huius sparsus aquarum, Ore soue . sparsus pro sparsgens, iuxta Seruum.

21 Actiui pro passiuo. Virgil.3. Georgi.

Et tote in solidam glaciem uertere lacunæ . pro uerse sunt. Nisi quis malit sub audire se.

22 Enallage Aparemphant pro paratastico, infiniti pro præterito imperfecto. Virgil.8.æneid.

Tum sic affari & curas his demere dictis. Liuio frequentissima.

23 Infinitiui pro gerundio. Virgil.2. Georgi.

Argitisq; minor, cui non certauerit ulla

Aut tantum fluere, aut totide durare per annos.

pro fluendo & durando.

#### A L I V D

Nec modus inserere, aut oculos imponere simplex.

24 Enallage uerbi pro participio, Vir.2. Georg.

His animaduersis terram . multo ante memento

Excoquere & magnos scrobibus cōcidere mones, pro excoquendos & concidendos montes

Participij pro uerbo. Quint. Volo datū, pro dīre.

Detractio

## LIBER TERTIVS.

**Detractio.** 16 Detractio quando decet aliquid. Teren. Acede ad ignem hunc calesces plus satis. pro plus quam satis.

**Additio.** 17 Additio ad πλεονεκτού pertinet seu parelco. sed enim Vir. prosed. Progenie sed enim Troiano à sanguine duci. Additionem uocant Quintilianus dum dictio ociose repetitur. ut

Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi,

**Sύλληψις** Comprehensio uel conceptio. dum

uerbum uel adiectiuū præstantiori respondet. Estq; conceptio generum, personarum, numeri, casuum.

Generum: ut Rex & regina sunt sacrosancti. Personarū, Ego & Demetrius confabulamur Virgil.

Egregiam uero laudem et spolia ampla refertis  
Tuq; puerq; tuus.

Numeri: ut Cesare et Germani Turcam ex Panis  
nonia profligarunt.

**Zεῦγμα.** 18 Zεῦγμα treis species habet. προζεῦγμα  
μεσόζεῦγμα et ὑπόζεῦγμα. Ad χιματα λέξεων  
refertur etiam tametsi à figuris syntacticis ægre se  
parari queat.

**Ἐπεξήγησις** uel πρόθεσις. quando duo sub  
stantia eodem casu ponuntur. Liuius hostis uictor  
adimit uobis urbem. Euocatio quam uocarunt ad  
eis.

Ἐπεξήγησις

## DE ARTE DICENDI.

Ἐπεξήγησις redigipet est. De qua plura Linacer.

22 πρόληψις. quando orationi totum ex nomine uerbo complexe, subiiciuntur partes hunc ad modum. Reges belligerantur. Ferdinādus aduersus Turcā, Franciscus contra Garamantas. πρόληψις est apud Virgil. 7. Aeneid. dum inquit  
Quinq; adeo magnæ positis incudibus urbes, Tela nouant, Atina potens, Tybur superbū  
Ardea Crustumeriq; et turrigeræ Antemnæ.

## DE FIGVRIS POETICIS.

**S**χήματα poetica sunt quæ uersum potissimum respicilis, quorum in soluta oratione nullus est usus. Sunt autem hæc propemodum.

1 πρόδεσης, appositiō ad principiū dictionis.

Quando compositum prosimili usurpatur. Virg. Aenid. In montibus astans, pro stans.

πρόδεσης.

2 ἀφαιρέσις. Contraria huic auffert principium dictionis, simplex pro composito accipit, ut Virgil. Temnere diuos. pro contemnere.

ἀφαιρέσις.

3 συγκοπή. Cōcisio. superū. pro orū. Virg. 3.

Vi suprūm sœux memorem Iunonis ob iram.

συγκοπή

Dixti, pro dixisti.

Ἐπένθεσις uel ἐπισινιλοίφυ. ut Induperator, pro imperator.

ἐπένθεσις

F

ἀποκοπή.

## LIBER TERTIVS

3 ἀπονοη̄. abscisio à fine syllabæ seu uocalit̄ uel literæ. ut Ignobilis oci,p ocij. negoti,p negotij. Persius Magister artis ingeniq; largitor,p ingenij. 6 παρεγγωγ̄. Anne pulchrū est te digito monstrari et dicier hic est.

8 οἰαίρεσις. diuisio diphthongi. Lucretius, terræ syluosai. pro terra syluosæ. Virgil. Aulai in medio. 8 συμελοίσι. Vocalis ante uocalem extitio. ill' ε, pro ille ε.

9 ἐκθλιψις. in cū precedenti uocali tollit. Vir. Mult' ill' ε pro multum ille ε.

10 ἔκτασις Syllabæ natura breuis extēsio. Vir. Italianam fato. Italianam enim primam corripit.

11 συσολή est contractio seu compresio longæ syllabæ in breuem. Apud Pindarum est συράσσο-σιων, pro συράσσουσιων per systolen.

12 διωλασισμός. Relliquias Danum. literæ unius duplatio, protrahendæ syllabæ gratia.

13 μετάθεσις transpositio literarum. ηραδία- pro κερδίᾳ. Euandre pro. Euander.

14 αντίσοιχον uel ανθίτεσις. Literæ pro litera positiō. Olli pro illi.

15 κέρασις. mixtura uel mutatio duarum uocali- um in unam diuersam: ut Thessala Tempe. τέμπε enim

enim per Cras in factum est ex τέμπε.

26 συναρθεσις. Contractio est duarum uel plurium uocalium in unam syllabam mixtura. Virgil. Orphi Calliopea Lino formosus Appollo. Ορφε<sup>η</sup> enim datius est contractus per syneresin ex puro θρόφει.

27 ὑστερολογια. quando posterius priorem locum obtinet & ē diuerso. Virg. Arma, uirumq;. Vir enī primo requiretur. deinde arma sequuntur uocatur idem schema ύστεροι πρότερον, & πρωθί ύστεροι.

28 τμῆσις Sectio, quando composita dictio in duas scinditur. Virg. 1. Aen. Et multo nebule circūdea, fudit amictū. Hec in solutē orationē nō cadit.

19 περίφρεσις. Circuitio Virgil. 4. Georgia. Q̄um sol medios accenderet æstus. id est sub meridiem. Et in. 1. Georg. Candida uenit avis longis inuisa colubris. Ciconiae enim est circuitio seu circumlocutio. Hec & in prosam orationem trans fertur. Εὐθύνεσις. Est unius, id est substantiū & adiectiū, in duo solutio. Virgil. Arma uirumq; cano. pro armatū uirū.

22 αρκαισμός. Antiquitas, uel si ita malis, Antiquissimus priscorū Etymologiā imitari. Vir. 4. Ge. Aspiciunt liquefacta boum per uiscera, toto.

LIBER TERTIVS  
stride - re, effeu - re, lana - re in z. & i. Coniunctionibus.

ὑπελλαγή est species ὑστολογίας. quando nativus rerum ordo inuertitur. Virg. Date classibus austros.

DE SCHEMATIBVS ACTRORIIS,  
QVIBVS RHETORES ORATIONEM  
EXORNANT.

 ec ideo Rhetorica nominamus. Nō quod poëta hisce nō utantur. Enim uero, quod à uersu separari possint, atque elegantem uel compositionem uel orationis œconomiam respiciant. Porro dum poëta orationē Iouis uel Iunonis uel terre, adeoq; Deorum & hominum fingit, nō ne Oratore agit? Imò nisi Rhetor fuerit, nihil ergo grecij in carmine prestare potest. Quum ergo schematibus uititur quibus de nūc agetur, id Rhetorico posse iure, quam poëtico facit. Sunt itaq; χάκιται duplicitia, λέξεos dictionis uel uerborum & λογοίς id est sententia uel orationis. Atq; hic in schematis sententiæ non seiungemus quedam, quæ praterquam quod angeant, corpus pariter orationis crescere faciunt. Sunt igitur figure λέξεos ha.

Ouidon

Ομοιόπτωτοι  
 παρόμοιοι.  
 πολύπτωτοι.  
 σωσθροισμός.  
 σωστηνία.  
 διαγωγή.  
 διάλυσις διάλιτην κείσωμενοι.  
 πολυσώματον.  
 κλίμαξ eadem αὐτωλοκή.  
 πρόξενυμα.  
 μεσόξενυμα  
 ἡπόξενυμα  
 ἐλφύις ἡ σωματοχή.  
 ἀποστάπτησις.  
 παρονομασία.  
 ἀναντάκλασις.  
 παράχκησις.  
 διμοιοτέλευτον.  
 ἁσοκωλον. Αντίθετοι.  
 Repetitio, cuius species sunt.  
 ἀπίβολή  
 ἐπιφορά  
 κοινότης  
 ἐπαναληψίς

## LIBER TERTIVS

ἐπαναφόρεσσι.  
παλιλογίαι.  
ἀναδίτωλωσις.  
ἐπαναδίπλωσις  
πλοκή.  
ἐνίστροφή.  
συμπλοκή.  
ώτιστροφή.  
ἐπάνωσθε  
διακοπή.  
ἐγγίσασις.  
διαφορά κελυφίσασις

Ομοιόπτωτοι. Similiter cadens. Est quum dictiones similiter cadunt. hæ si temperatè cōcinnentur ornant. Nominū casibus hanc figuram tribuunt Rhetorica ad Herenniū. ut Hominē laudas egentem virtutis, abundantē felicitatis. Mediū excedit illud Ennium διμοιόπτωτοι. Ο Tite tute tati tibi tante Tyrannū tulisti. Si tēperate concinnentur dictiones διμοιόπτωτοι ornant. si minus in uitium abeunt παρόμοιοι. Gorgias seu Rutilius non secesserit ab διμοιόπτωτοι. Nam τοι dictionibus idem tribuit. Ut Resistendū est huic non uerbis, sed armis. πάρτους & ceteris appellatur καὶ παριστώσις οὐ παριστώσις. Aquila discriminū facit inter hæc tria.

*παρόμοιον est ad Herennium*

Flentes, plorantes, lachrymantes obtestantes.

Aristophanes. *τὸ φλατῆο ἔωτοφλατῆοτράτηο  
φλατῆοτράτ.*

*πολύπτωτον. μεταβολὴ et cōngeries et μετωνυμία .  
Sciunctio propemodū coincidunt . Ut. Vos  
statuistis, uos sententiā dixistis, uos iudicastis. Rutiv  
lius πολύπτωτον figurā ostēdit, qua eadem dictio  
uarijs casibus reiteratur . Ut in illo Charisij. Pater  
hic tuus deniq; est, patrem nunc appellas, patris tu  
filius es. Ac si ita dicam. In homine hoc potissimū re  
quiritur, ut se hominē esse cogitet nec ut hominum  
osor μισθρώπος ille humana cōmertia deuitet.  
Nam homo ut Aristoteles inquit est animal politi  
cum, id est humanae societatis amans. Cice. in L. Ca  
tilinam. Nullū iam iam tot annos facinus extat, nisi  
per te, nullum flagitium sine te, tibi uni ciuium neces  
tibi uexatio direptioq; ciuium impunita fuit.*

*σωκρότουσμός. Est multarum rerum coacerua  
ratio . Ut in amore hæc omnia insunt, fraus, doli,  
inimicitie.*

Virgil. Procūbit piceæ, sonat icla securibus ilex,

Fraxineæq; trabes, cuncis & fissile robur.

Scinditur, adoluunt ingentes montibus ornos.

## LIBER TERTIUS

Hic quia multa coaceruantur σωματισμοὶ est Rhetoribus. Qui uero, cui libet rei proprium uerbum tributur, in Syntacticis schematis appellatur. ἔργον εὐφημίας τε καὶ εὐγένειας. Virgil. Georgicis.

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Glandes sues redeunt lati, dant arbuta syluae.

σωματισμοῖς Idem significantiū uocum congeries. Cicero in L. Catilinam. abiit, excessit, cūsūt.

Cicero Philip. 5. Promitto, recipio, spondeo.

διαγωγή διαγωγή. Vocabūlū idem & diuersum significantium congeries. ut apud Ciceronē. inuestigata, comperta, patefacta, sublata, deleta.

διάλυσις, διάλυτος & ἀσύνδετος idem schema, quod σωματισμοῖς & διαγωγή congeries, nisi quod ratione eius, quae deest, coniunctionis appellatur ἀσύνδετος. Ad uerba & sensus pertinet. In uerbis est ἀσύνδετος. Cicero abiit, excessit, erupit. Hic enim sole & singula dictiones citra nexum proferuntur διεροῖσις Χῆμα est, quum Cicero ait in L. Catilinam. Fuisti igitur apud Leccam, ea nomine Catilinā, distribuisti partes Italie, statuisti, quo quenq; tēpore proficiisci placret, delegisti, quos Rome relinquieres, quos tecum educeres. Hic multa tum acri contentionē congeruntur, tum citra uinculum effec-

Ium effruntur. Βραχιλογια ἡ Βραχυεπίθε. huic  
Schemati accidit.

*πολυνόσω δέτομ. dum singulis dictionibus simili  
guli adduntur nexus.* Hesiodus

Clioq; Euterpeq; Thaliaq; Melpomeneq;  
Terpsichoreq; Eratoq; Polymniaq; Vraniaq;  
Calliopeq;. Et Virgil. 4. Georgico.

Deum namq; ire per omneis

Terraſq; tractusq; maris, cœlumq; profundum et  
in Aenei. Brontesq; Steropesq; & nudus membra  
Pyrasmon. Hæc & in χυματæ slævoīas resilit, si  
sensus crebris copulis connectantur. Cicero pro C.  
Rabirio. Quapropter equidem & C. Marij & cæ  
terorum uirorum sapientissimorum, ac fortissimorū  
ciuum mentes testor: me pro illorum fama, gloria,  
memoria, nō secus ac pro patrijs fanis atq; delubris  
propugnandum putare. Ac si pro illorū laude. Co  
aceruatio & Asyndeto & polysyndeto est inclusa.

κλίμαξ scalæ seu gradatio, dū finis precedentis  
commatis fit initium sequentis, ac ab altero ad alte/ Climax.  
rum ueluti per gradus scanditur. Ut Amor literarū  
eruditonem parit, eruditio sapientiam, sapientia fe  
licitatem. Aliud. Anabaptisma magistratum odit,  
magistratus odium contemptum parit, contemptus

F 5 seditionem,

## DE ARTE DICENDI.

*seditionem, seditio excidium urbis*

*Zugma est iugatio uel copula uerbi cum uarijs dictionibus uel in principio uel medio uel fine positi. Hinc treis species habet. πρόσενυμα, μεσογένεν  
γα & ἔποστενυμα.*

*πρόσενυμα. Est, quādo plura cōmata primo loco posito uerbo iugātur. Ut uicit pudorē libido, timorē audacia, rationē amētia. In hoc enim tribus incisis distincto sensu prius uerbū ter accipiēdū est.*

*Μεσογένενυμα, quum uerbum in medio positum utrumq; colon uel comma copulat et ad utrumq; refertur. Virgili.*

*Socijs tunc arma capessant,*

*Edico, et dira bellum cum gente gerendum*

*ἔποστενυμα. Est quum uerbū in fine uaria cæsa uel membra iungit. Cicero in L. Catilinā. Nihil nec nocturnū præsidū palati? nihil ne urbis uigili? nihil timor populi, nihil cōcursus honorū omnium? nihil hic munitissimus habendi senatus locus? Nihil horum ita uultusq; mouerunt? Hic uerbum ultimo loco posatum ad omnia precedētia respicit et incisa et membra. Est autem hac contentio quadrisariā ex ornata, primū Eterotemate seu interrogatōne, deinde Repetitione crebra dictionis Nihil. Tertio παντοχαστικῷ seu percusione, quarto ἔποστενυμα.*

Tres hæ species ἑνεγκαὶ σωματεγκαὶ οὐδεὶς dicuntur. Ἐμέλις οὐκ εἰσιν σωματολογίαι. Subintellecțio, quādo non cōpletur, uel affectus uel pudoris causa sententia. Cicero in epistola quadam. Data qua die Antonius Cesari. hic Ἐμέλις est. Facile enim is ad quem scribit, intelligit quid Cicero uelit: nempe Diadema regium imposuit. Virg. hæc secum, intelligitur καὶ σωματολογίαι locuta est Iuno. Et,

Nouimus et qui te transuersa tucentibus hirquis.

Ἄποστόλης eadem est ferè cum σωματολογίαι uel ἐλέχει. Reticētia est. quando ex uhementi motu quippiam reticetur. Virgil. Quos ego. sed mōtos prestat componere fluctus.

Discrimen est inter σωματολογίαι et ἀποστόλης τοῦ, quod hæc non indicat semper, quid sub audiens dum sit, illa uero nunquam non quid desit simul denūs ciet. Rursus ἀποστόλης est concitatoris, Ἐμέλις est placidioris affectus.

Pægnovouætice. Agnominatio, quando eadem pro p̄modū nomina diuersum significat. Vel quādo ab eodē nomine ad idem acceditur. Ut auī dulcedo ducit auīum, dicitur ab alijs παρονομίαι. Cice. in. 3. Philipp. Cur magister eius ex oratore arator factus sit.

Averterat λόγοις. Vel parum, uel nihil differt à Paronomasia, Contraria est uerbi refractio. In A.

## LIBER TERTIUS

Terentius. Inceptio amentium est non amantium.  
Patris Quintiliani. Non exigo ut inemoriaris, legationi immorare. Aliud. Christus morte sua immortalitatem credentibus peperit. Traductio Cornificij, eadem est cum Anantaclasi & Paronomasi. Hanc ad rationē dicas licebit. Non sunt prophete, sed Agonothetæ, qui Monasteriū urbem in tantam cladem & excidium redegere. Virgil. Geor.

**παρέχνοις** Auit cum resonat auibus uirgulta canoris  
**παρέχνοις**. Hermogenes figurā uocat, quando  
δι ήχους, id est è prioris dictionis resonantia, cons-  
festim aliud uerbum deducitur, Assonantiam uoces  
licebit. Homerus. ὅγε πεδίον ἀλητού δῖος ἀλῆ-  
τοι. In campo inquit Alcio solus alate. In grecis  
enim illis uocibus Alcio et alate, est χῆμα. Rufi-  
nianus hanc figuram παρεγγυμένων uocat, id est de-  
riuatum seu deductum. ut Voce uocans Hecaten. ui-  
nere uitam. Parum à παρονομασίᾳ distat.

**διμοιοτέλευτοι**. Similiter cadens, quando fines  
**λευτόι**. colorum et committum sunt æquales. in his Isocras-  
ter regnat ad excessum usq;. Tois, inquit αγαθοῖς  
ἀνθρώπων, οὐδὲν δένοι πολλῶν γεαμμάτων  
ἄλλ' ὀλίγῳ σωθημάτων.

**ἰσόκαλοι** Iσόκαλοι. Est quod membra pariter carentia  
babet.

habet, eodem ferè syllabarū numero. hinc διορθώσαντον ita ab Isoco lo differt, quod & commata & colla recipiat hoc uero solūmodo colis constet Rhetorica ad Herennium Compar appellant. Cicero in Catilinā. Quid proxima, quid superiore nocte eris, ubi fueris, quos, conuocaueris, quid consiliū cōperis, quem nostrū ignorare arbitraris? Aliud exemplū eiusdem. Turpiter audes facere, ne quiter studes dicere, viuis inuidiose, delinquis studiose, loqueris odiose. Rutilij τάξις idē est schema cū διορθώσαντον & ισονόμω. Cicero contra Rullū. Liberi à delictis, cauti in periculis, timidi in cōtētionibus.

*Avtibet op.* Contropositū, dum contrarijs uerbis uel sententijs pugnatur, uel quippiam ostenditur. Cicero contra Rullum. Ille quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit, hic quod adimi nullo pacto poterat: quadam ratione eripere conatur. Et. Quae res aperte petebatur, ea nūc occulte cuniculis oppugnatur. Ibidem, Dabitis igitur Alexandriam clām potentibus ijs, quibus aperi-  
tiissime pugnantibus restititis? Ad Herennium: Inimicis placabilem amicis inexorabilem præbes. Alter in dando benignus, alter in accipiendo astutus.

Repetitionis formulæ ut uarie sunt ita uarie definiuntur ab Gorgia, Aquila, et Rufiniano diversæ

## LIBER TERTIVS

species Reiterationis numerantur, quae tamē om̄nes generatim Repetitionis nomine cōtinētur. Sūt aut̄ h̄c ἐπιβολή, ἀπόφοιτος, κοινότης, ἐπανάληψις, ἐπαναφορά παλιλογία: ἀνεδιπλωσίς, ἐπανάλιτωσίς, πλοκή, ἀντιρροφή, συμπλοκή, ἀντιρροφή, ἐπένδυσις, θιακοπή, ἀντισάσις. Ἐπιβολή. In principio eandē dictionē repetit. Ego questoribus interminatus sum, Ego armamentario patefacto restiti. Virgilius. I. Geor. Sæpe etiam stellas uento impendente uidebis

Præcipites cœlo labi, noctisq; per umbras  
Flamarum longos à tergo albescere tractus.

Sæpe leue palea et frondes uolitare caducas.

Synonymia que sententijs constat hic pertinet.  
Nam idem quoad sensum refertur. Ut doluit mihi,  
egre tuli, commouit me.

Ἐπιφορά fine sepius terminat, soscierates apud  
Rutilium. Ad bellū suscipiēdū nos impulit Philippus.  
In ipso belli periculo deseruit nos Philippus. Epiphora exornatū est grece lingue Encomion, quo ille sic memoria prodidit. Quia aut̄ ex Alexandri Hegij doctissimi præceptoris ludo literario, doctissimi discipuli, in omni disciplinarū genere excellenti sumi, tanquam ex equo Troiano, perinde ac de Iosocrate

erate dici solet, inter quos Erasmus Roterodamus  
 ηγένετο εγκύη λόγω αειδίας κορυφή, ηγένετο εύσε-  
 βίας διδάκτωρ μέγιστος, ut solis iubar efful-  
 get. In iuuenum bonorum gratiam, Hegij illos uers-  
 sus hic subnectam.

**Quisquis Grammaticam uis discere, discito græce,** ἀπόφοιτο  
 Ut recte scribas, non prauè, discito græce. Alexandri

**Si Græce nescis, male scribis omnia rerum.**

Hegij.

**Si græce nescis, male profers omnia rerum.**

**Lingua Pclsga uetat uiciosos scribere uersus.**

**Lectio quem Plini delectat, discito græce.**

**Siq; libros sacros uis discere, discito græce.**

**Hieronymum teneas uigilans, tu discito græce;**

**Ne uersus scribas uitiosos, discito græce.**

**Argumentari quisquis uis, discito græce.**

**Quisquis rhetorice uis discere, discito græce**

**Scire Mathematicam, quisquis uis, discito græce**

**Artibus es medicis qui captus, discito græce.**

**Morbis nam cunctis sunt indita nomina græca.**

**Iurāq; percupias si noscere, discito græce.**

**Argolicum nomen cunctis liquet esse figuris.**

**Artes ingenuæ Graio sermone loquuntur.**

**Non alio, quibus haud nomen dat lingua Latina.**

Ad summam

## LIBER TERTIVS

Ad summam, doctis sed debent singula Græcis.  
Αντιστροφή hæc figura Romano Aquilæ αντιστρο-  
φή etiam dicitur, & Julio Rufiniano Ἐπιστροφή.

**KOINOTIS.** Κοινότης. finē & principium repetit in diuersis  
sententijs. Gorgias. Quæritis nouam administrandæ  
reipub. formam, at reperire meliorem quam accepi-  
stis non potestis. Quæritis maximis sumptibus faci-  
endis, quomodo ne tributa conferatis. At consilijs  
captas ærarij opes, quas cupitis augere nō potestis.  
Quæritis ut sceleratis parcatis, at ignoscēdo nocen-  
tibus innocentum salutem custodire non potestis.

**Eπαναλόγιτος** Επανάλυτις. Eiusdem sententiæ, post quædam  
interserta repetitio. Virgil.

Pastorum Musas Damonis et Alphesibœi  
Immemor herbarum, quos est mirata iuuencia  
Certantes, Postea repetit.

Damonis Musam dicemus & Alphesibœi.

Rufinianus ita definit, Aquila secus sentit.

**Επαναφορα** Επαναφορα. Est cōtraria τῇ ἀντιφορᾳ, et par-  
fermè τῇ ἀντιελῇ. Vt Verres calumniatorem appo-  
nebat, Verres de causa cognoscebat. Verres pro-  
nunciabat.

**Παραλιλογία** Παραλιλογία Iteratio eiusdem dictionis, citra  
interstitionē ut Ferrum ferrum, Me me, Tutu An-  
tonio cau-

tonio causam ciuilis belli dedisti. Cicero. Fuit fuit illa ista quondam in hac Repub. uirtus. Virgilius: O' Corydon, Corydon.

Ἀναδίπλωσις. Replicatio, quando eadem sen,<sup>αναδί-</sup>  
tentia paulisper mutatis & uerbis & ordine repe,<sup>πλωσις.</sup>  
titur. ut: Negat Famum hanc esse hanc sibi cognata  
tam Demipho. Hāc Demipho negat esse cognatā.  
Ita definit Aqla. Rufinianus Palilogia parē efficit.

Ἐπαναδίπλωσις. idem uerbum incipit et cludit ἐπαναδί-  
sentētiam, ut: perditum est Monasterium factiosorū πλωσις.  
hominum conſpiratione perditum est. Persius.

Quis leget hæc? min' tu iſtud aīs? nemo hercle  
nemo. Sed Persij responsum ad διακτοπήν po-  
tius pertinebit.

Διεκποτή. Quum inter duo similia, diuersum in/<sup>εἰκόπη</sup>  
ſcritur. Virgil. 4. Georg. Scis pro teu, scis ipſe.

Hermogenes κύκλου uocat.

Πλοκή. Quando eadem uerba in ſequenti com/<sup>πλοκή</sup>  
mate, complende ſignificationis gratia repetūtur.

Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet

Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice uictum.

Συμπλοκή. Complexio. Ex interrogacione &<sup>συμπλο-</sup>  
reſpondione earundem dictionum conſtat. Cicero: κά.

Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem partē po-

## LIBER TERTIVS

puli suffragijs priuauit? Rullus. Quis comitijs  
prefuit? Quis tribus, quas uocauit, nullo custode  
sortitus? Rullus. Quis Decemuirs, quos uoluit re-  
nunciauit? idem Rullus. Quem principem renunci-  
auit? Rullus. Aliud. Quis eos postulauit? Appius.  
Quis perduxit? Appius.

**πανοδος** Επανοδος. Quando per repetitionem fit quel-  
dam digressio uel descriptio. Virgil. 2. Aeni.

Diuellimur inde

Iphytus & Pelias mecum, quorum Iphytus euo-  
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus vlyssis.

**διαιρεσις** Διαιρεσις. distinctio uel diuisio uel distributio re-  
rum, ut Virgil.

Hic Dolopum manus, hic seuuus tendebat Achilles  
Classibus hic locus, hic acies certare solebat.

**αντιστοιχία** ἀντιστοιχία, hæc eadē συνεφορè nominatur, quia  
eadem dictio diuersa tamen significatione repetitur  
Ut apud Virgil.

Vna salus uictis nullam sperare salutem. Et  
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

**λεπτότης**. Λεπτότης. Imminutio Ciceroni est, dum attenua-  
tionis gratia quicquam diminuimus. Virgilius.

Sensibus hæc imis non est res parua reponit,  
Res nō parua, pro magna. λεπτότην alij adpellant  
Εἰρημός.

*Eigmos Continua rerum enumeratio & breuis  
explanatio ueluti crescentium. Virgilius.*

*Principio coelum ac terram solemqz. &c.*

*Χεσις ονοματων. Nominum habitudo quædam, Χεσις ονα  
et celer gestus explicatio. Virgil. ματου.*

*Marsa manus, Peligna cohors, festina uirum uis.*

*σλυζια, breuis magne rei explanatio Virgil. σλυπνια  
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar.*

### DE SCHEMATIBVS

#### DIANOE A S.

*Χημεται σιανοιαι sunt figuræ orationis uel sen  
sus, quibus tota, id est κῶλον, κῶμος, uel periodus  
exornatur. Neq; ab ijs ea seccernimus χημεται,  
quibus nedum oratio exornatur, uerū ipsum etiam  
orationis corpus augetur. Sunt itaq; huiusmodi.*

- 1 σιωπηρωσις
- 2 ερωτημα
- 3 πῦσμα
- 4 ἀπόκεισις.
- 5 παρομολογια
- 6 μετάβασις ἡ
- 7 ἀποβοφη
- 8 δικαιολογια. 9. προκετάλμις.
- 10 δρισμός. 11 χαρακτηρισμός

G 2 Βραχύ

## LIBER TERTIVS

- 12 Βραχνέπειαν
- 13 ἀττροχασμός
- 14 ἀπερία.
- 15 ἀτηκόπη.
- 16 παρέρησία
- 17 αὐτολογία
- 18 προσδιόρθωσις
- 19 προσωποποία
- 20 πθολογία
- 21 ἐδωλοποία
- 22 αὐτεισεναγωγή
- 23 παραδιασολή
- 24 παρηγέσις
- 25 ανακοίνωσις
- 26 παράδοξαι
- 27 μαντοσιών
- 28 φαντασία
- 29 παθοποία
- 30 σιωπήφωνος
- 31 χιτομός
- 32 τερένοδθ
- 33 προσεπόδωσις
- 34 μετάνοιαν ἐπικυρώσις,  
πένφορισμός.
- 35 μερισμός

- 35 μερισμός  
 36 αναγκαῖον  
 37 παράληψις  
 38 μετάτησις  
 39 ἀποδίωξις  
 40 ἀγανάκτησις  
 41 ἀποπλάνησις  
 42 ἀρέας  
 43 δίκησις  
 44 εὐχή  
 45 ἐπίπληξις, πᾶστιμησις  
 46 διαλογισμός  
 47 ὑπέρβατον  
 48 ὁμοιωσις  
 49 παράδειγμα  
 50 παραβολή  
 51 ἐμάντη. 52. ὁμοίον. 53. ἐπαγωγή  
 54 συγχώρησις  
 55 προυπεργασία  
 56 ὑπερβολή. 57 ταπείνωσις  
 58 ἄποφανημα  
 59 μετάθεσις  
 60 νόημα  
 61 διεξόδιο.

## LIBER TERTIVS

Συνοικεῖσθαι.

hac figura, diuersa cohabitare facit et construit cum ratione quapiam & cōparatione. Hyperides. Hominis auari atq; asoti unum atq; idem uitiū est. Uterq; enim nescit uti, atq; utriq; pecunia dedecori est. Aliud. Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet. Aristoteles in Rhetoris ad Alexandrū. Fures grauia uidentur mihi committere, quam prædones. Nam hi clanculū, illi uero palam facultates auferunt. Verum hæc sententia primum ideo lucet in Oratione, quia gnome est. deinde ἔργολης nomine: postremo quia duo diuersa connectuntur ad equātūrū, ideo rectius etiam ad orationis lumina pertinet, uerum diuersa ratione. Si enim duarum diuersarū uocum tantū natura collata consideratur, ad τῆς λέξεως χαματæ pertinet. Virg.

Nec Veneris nec tu uini capiaris amore,

Vno nanq; modo uina Venusq; nocent.

Ἐρώτημα.

Interrogatio, ubi instandi exacerbarū dīq; causa interrogamus. Cicero in Catilinā. Quo usq; tādem abutere Catilina patiētia nostra? Quādiu nos etiam furor tuus eludet? quem ad finem se se effrenata iactabit audacia? Conuenit admiratio ni, instantiæ, indignationi, miserationi, adeoq; uarijs affectibus

Πῦρμα.

Est interrogatio. Quād ad uaria interrogati

gata uarijs iuxta respondendum. <sup>Ἐπωτῆμα</sup> Una responsum satisfit. Ut: *Quis collapsam Rem publicā instaurabit? Quis ciuibus persuadebit ut literas diligent? Ecque Recip. facies apparebit suos cumbentibus literis?* Ut enī diuersa queruntur, sic haud uno responso satis fieri potest.

*Subiectio Ἀπονοήσις.* Est quum interrogatori <sup>Ἀπονοήτης</sup> nostre ipsimet responsum subiçimus. *Qualis est ueritas?* Inuocatio. Virgil. Geor. 4.

*Quis Deus hāc Musae, quis nobis extudit arte?*

*Vnde noua ingressus hominū experientia cœpit?* cui mox subicit subiçit. Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe &c. Cicero. *Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat? at egebas.*

*Πρόμολογία.* Confessio. *Quā interrogaanti per πρόμολογίαν quā pōdemus. Occidisti illum? λογία.* Latronem equidē me in nemore inuidentē. Vapularsti? Innocenter sanè. Vel ut Gorgia placet, quā ali qua aduersario permittimus sed inferimus quod māius sit, aut reliqua infirmet. Hyperides. Sume hoc ab iudicibus nostra uoluntate. Neminē illi propiore cognatū, quam te fuisse concedimus. Officia tua non nulla in illum extitisse, stipendia uos unā fecisse alii quam diu nemo negat, Sed quid contra testamētum dicas, in quo scriptus hic est? G 4

## LIBER TERTIVS

**Διαιώσις** ἀλλοίωσις. Est diuersitatis rerū demonstratio idē est schema cum Antitheto uel antithesi Rutilij exemplum ex Hegesia. Diuersa studia adolescentum animaduertamus. Tametsi fratres erunt uno eodemq; sanguine orti, alter in studio laudis uersabatur, & industria uirtutis, uitam gloriosam, sed labiosam sequebatur: alter in augenda pecunia occupatus, summas diuitias, summam uirtutem existimabat. Collatio est & contentio, de qua in figuris etiā λέγετο plura.

**Ἀπορροφή** Απορροφὴ uel μετάβασις, quam à proposita sententia transimus ad rem uel personā. Continent hec συναφάντητην, id est, exclamatiōnē, que sit ex indignatione, ex commiseratione, atq; adeo ex affectu. Cicero. Num negare audes? quid taces? convincā si negas. O dij immortales ubi nam gentium sumus? quam remp. habemus? in qua urbe uiuimus? Hic hic sunt in nostro numero P. C. Cetera apud Ciceronem in. i. Actionem in Catilinam patent.

Virg. Polydorū obtruncat et auro, Vi potitur deinde μετάβασιν adiicit. Quid nō mortalia pectos recognis, Auri sacra famēs? Pindarus. 14. olympiorū Odis. In nūc fama, teij ad tenebrosas Proserpinæ edes recipias. Patriq; Cleodemo letū nūciū adferas

δικαιολογια

Δικαιολογία, schema est & argumenti forma,  
qua rationem reddimus, nos iure quipiam fecisse. Δικαιολογία.  
Cicero. Caelius lapsus est, sed in adolescentia, cui nō  
nihil donandū. Vis scire quur Deus peste toties insi-  
ficiat mortalium genus, pecora item & iumenta?  
An' ne eam ob rationem iure ingratos punit, quine  
nihil quicquam in gentia eius beneficia reputemus,  
quibus nos quotidie perfundit ille filium suum uni-  
genitum pro nostra salute in morte tradidit, cruci  
ad fixit, ipsius sanguine peccata nostra sordes q; ab  
luit, Et nos nihil agnoscimus, nihil de eo recordas-  
mur. Iustissimo igitur iudicio, nos sceleratos miris  
etiam modis punit

προνογέλλων Ρufiniano, Lupo est πρόλυψις προνοετία  
preoccupatio uel anticipatio. Cū quod aduersarius λύψις.  
arrepturus erat anteuerimus, uel tacite obiectioni  
respōdemus. Hinc et ἐνθυπαφορέ est alijs idē sche-  
ma. Pindarus 4. Olympiorum ode, ubi Psalmidem  
Camarmānū hūc ad modū prædicasset. Nam ipsum  
equorum educationi mirifice deditum adfirmo, ac  
læta erga quosuis hospitalitate præditum, atq; tran-  
quilitatis urbium amicæ syncera mente studiosum,  
subdit. Neq; falsa loquar ( quod ab aduersario po-  
terat obici hac ratione præuertens. ) Experientia

G. 5. mortalium

## LIBER TERTIVS

mortalium exploratio est et argumentum. At nusquam  
non suapte sponte hoc schema occurrit.

**Ogetus** Opus tuos. Finitio est, qua rei cum natura tum uires  
res explicatur. Cicero in .1. Philippica. Carum esse  
ciuem, bene de rep. mereri, laudari, colli, diligi, glo-  
riosum est. Metui uero et in odio esse, inuidiosum, de-  
testabile, imbecillum, caducum. Pindarus. Optima res  
est aqua. Et .8. ode Pythiorum. Diurni sunt homines.  
Quid uero quisquam? quid uero nullus? umbre  
somnium. Vbi Pindarus hominem definiens, quid est  
quisquam? inquit. Quod perinde est ac si dicas, quid  
est homo? huic respondet rursus per interrogatio-  
nem, Quid uero nullus? id est homo nullus est, hoc  
est nihil, ac umbre somnium. Eleganter ergo Pinda-  
rus hominis finitionem interrogatione, subiectione  
metaphora exornat.

**Xeranthus** Xeranthus Lupo, διατύπωσις Aquile,  
**Proclus** Celso πατούσωσις. Evidentia est uel deformatio  
quando res ita describitur quasi in conspectu geri ui-  
deatur. Rhetorica ad Herennium descriptione uocata,  
quando non optimi cuiuspiam mores explicatur. Ci-  
cero in .3. Philippica. Hanc uero teterimam beluam  
quis ferre posset? aut quomodo? Quid est in Anto-  
nio preter libidine, crudelitate petulantia, audacia?  
Ex his tot conglutinatus est. Nihil apparet in eo inv-

genuū, nihil moderatū, nihil pudens, nihil pudicum  
Monstrū horrēdū in forme ingens cui lumē adēptū Virgil . de  
Trunca manum pinus regit &c . Pindarus 1. Fy / Polyphē  
thiorum ode . Quæcunq; autem per terram, ac imo.  
mensum mare exosa habet Iuppiter, Pieridū cantio  
nem auersantur: horū de numero est dcorum hostis  
in horrēdo Tartaro se positus centum capitibus me  
tuendus Typhos, quem Ciliciæ quondā sp̄ecus edu  
cauit. nūc uero mari obfirmata littora ultra Cumæ  
atq; adeo ipsa Sicilia uillosum eius pectus deprimit,  
cœlestis item colūna, niualis Actna, perpetuū annū  
niuē fouens hunc cohibet. Cicc. ad Herenniū. Quod  
si istum iudices uestris sentētijs liberaueritis, statim  
sicut ex cauea leo missus, aut aliqua tēterrīma belua  
soluta ex catenis uolitabit, et uagabitur in foro, acu  
ens dētes multos in cuiusq; fortunas, in omneis ami  
cos atq; inimicos, notos atq; ignotos incursans, alio  
rum famam depeculans, aliorū caput depugnās. Ex  
empla sunt prolixa apud Cic. isthīc et apud Rutiliū  
Ἐπιτροχασμός, Βραχυέπεδος, ἡ Βραχυλογία. Επιτροχασ  
Quando res magna paucis uerbis efferūtur Virgi. σμός.  
Et campos ubi Troia fuit. Cicero. Lemnum prete  
riens cepit, inde Tarsi præsidū reliquit, post urbē in  
Bithynia sustulit. Vel quum Orator ut Rutilius ins  
quit breui sententia præcedit auditoris expectationē

## LIBER TERTIVS

Lysias quæres à me, quo iure obtinere possim, quo  
iure mihi Polienus reliquit, prætor dedit possessio/  
nem. Leges me descendunt, ad te nō pertinent, hi ue  
ritatem sequantur.

**ἀπορίας** Ἀπορία, dubitatio, ut: Κύριον me uertam iudices?  
Pindarus. Cithare imperantes hymni, quæ Deum,  
quem heroa, quem hominē sonabimus? Aquila hāc  
στεφόρον adpellat.

**ἐπικονίν.** Ἐπικονίν. Qum nostræ cause diffisi, iudicibus  
cognitionem permittimus. Ego iam iudices summū  
ac legitimū, quod exposui mee cause uis omitto  
uobis quod equissimū uideatur, ut constituatis peri  
mittio. Rutilius. Virgil. 3. Aeni.

Tollite me Teucri quascunq; abducite terras  
Hoc sat erit. Scio me Danaïs è clavisbus unū  
Et bello Iliacos fateor petijisse penates.  
Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri.  
Spargite me in fluctus, uastoq; immergite ponto.  
Si pereo manibus hominum perijisse iuuabit.

**μερῆνοις** Προφητοῖς libertas in loquendo, qua iudices au  
dacter & confidenter patronus conuenit, atq; eum  
officij sui adhortatur hac uirtute. Demosthenes &  
Cicero in Philip. mirifici uisi sunt, Licentiam uol  
ent. Cicero. Miramini Quirites quod ab omnibus  
rationis

rationis uestræ deserantur, qd' causam uestrā nemo suscipiat, quod nemo se uestri defensorē profitetur id tribuite uestræ culpæ ac definite illud mirari.

**Aἰὲνοιογία.** Est qua propositionis alicuius ratio αἴτιος-  
reditur. Pindarus. 1. Olympio. Ode. Cōtineo uero γένεται,  
me, ne quenquam ē superūm numero misere inglus  
uici deditum dicam: plus enim damni, q̄ lucri conuis-  
ciatores reportare solent. Et Ode 12. Pythiorum.  
Nemo quisquam spiritū in hac terra ducentiū, certū  
de futura actione signum reperit. Nam uenturorū  
quidem quidem confilia cæca sunt.

**Προστιόθεωσις.** Præmunitio, uel præcedens corre προστιό-  
θεωσις, dum rei dicendæ asperitatē anteuertermus. Cic. θεωσις.  
Quanquam sentio, quanta cum offensione hoc di-  
cturus sum, dicendū tamen est: quum id quod turpe  
est: primum ceu uenia impetrata, nos non libenter  
dicere ostendimus. Cicero in Catilinā. Cupio me pæ-  
tres C. me esse clementem, cupio in tantis periculis  
me non dissolutum uideri, sed iam meipsum inertie  
nequitiaeq; condemnō, castra in Italia sunt posita.

**Προσωπωσις.** Personæ fictio, dum personam προσωπη-  
inanimis tribuimus, dum fluminibus, arboribus ποιεῖται  
parietibus ac templis uoces accommodantur. Ita per  
prosopopœiam. Ouidius inquit.

Stabat

## LIBER TERTIVS

Stabat nuda æstas & spica scæra gerebat  
Stabat & autumnus calcatis fôrdibus uuis  
Et glacialis hyems, canos hirsuta capillos. Virgili.  
Fluuiorum rex Eridanus.

Sic Cicero parietes & templa, est quando luger  
re facit. Apud Pindarum creberrime sunt prosopo  
pœia, dum cum cithara sua consilia capessit. Ode.  
8. Pythiorum, Ô amica menti et cogitationi Tran  
quillitas, ô iusticie gnata. Et cum horas Homeris in  
star Deas fungit, dum ex urbibus nymphas facit,  
dum Themin deum efficit, cui filias evocat, eige  
nus iugis dñikis tribuit. Etsi enim translationes esse  
possint, à prosopopœis tamen nō excluduntur. ut in  
13 Olimpiorū Ode. dum item fortunā Iouis filiā pro  
ducit, eiusq; potentia explicat Ode. Olymp. 12. huc  
Oratio terre Phaëtonis mala gubernatione ignis  
conflagrantis pertinet, ad Iouē. Ouid. Meta.

Ἄθολογια ἄθολογια, Est personæ alienæ assumptio, uel exp  
ressio morum alterius, hæc apud Aphthoniū ἄθο-  
τοια adpellatur, ad festibus constat, tempora pre  
sens, præteritū et futurū capita habet. οἰαλογισ  
Διαλογισ μὸς, est Quint. Ut si Monasteriū ita fingatur, querē  
μὸς. iā uerè Monasteriū tandem. i. locus solitudinis appell  
lor, postq; nedū ciuibus meis orbata sū, uerū etiā om  
nilibertate mea exuta, mœnibus & præclarissimis

edificijs spoliata. Vbi estis chariss. ciues mei? quō abdidistis uos dulcissima pignora mea? cur parietes cur templa, cur plateæ cruore, adeoq; oīa loca uerstro sanguine madet? Quis mihi dabit satis lachrymarum? ut possim deflere istam ineffabilē cum misseriam tum calamitatē mēā. O infortunatissimum me Monasterium? quod tantū luctū, tantū cēdē in meq; meisq; intueri cogor? Ad quas nam sordes urbs ego inclita redacta sum, ad quantā infelicitatē perueni? Quæ ante hac fui caput Westphaliae iā, prò dolor, seruasum Speculatoris ancillæ culinariæ, dum florrebam opibus, potentia clarebam, haud quaquam minima Imperij ciuitas. Hodie uero à fastigio meo deiecta sum adeo, ut uix stabuli uilis nomen retineam. Quò igitur me uertam? apud quos conquerar. Et quis est qui me conquerentem sit auditurus? Vos ne principes etciues Imperij? At uestra arma, uestræq; iræ me perdiderūt. Quem ego conueniā qui me consoletur. Nusquam apud ullas gentes inueniam relictū querimonij meis locum. Retinctores mei me uastarunt? At retinctis fusis, pristinū mihi decus uestra clemētia restituendū quadantenus sperabā. At quid nihil tale sit reliquū reuertar ad me ipsam planctu, luctu, merore cōsciendā. Nā tantos cruciatus, adeo acerbos dolores, aius mucus diutius ferre nō potest.

## LIBER TERTIUS

Sanguis meus exhaustus est, uires meæ emarcuerunt, omnes nerui mei contracti ac debilitati sunt. Nihil porrò superest, quām ut prorsus angore lanuguoreq; absumar, atq; in lapidem uel statuam uertar. Reipublicæ præclara est Ethopœia apud M. Ciceronem in Catilinam. Marce Tulli quid, inquit, agis? tu ne cum quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum uides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, autorem sceleris, principem coniurationis, euocatorem seruorum et ciuium perditorū exire patiaris? ut abste non emissus ex urbe, sed immisus in urbem uideatur? Non né hinc in uimcula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tantem impedit te? Mōsne maiorum? At persæpe etiam priuati in hac Rep. perniciosos ciues morte multarūt. An leges, quæ de ciuium reorū supplicio latæ sunt? At nunquā in hac urbe hi, qui à repub. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis tuis? præclaram uero populo Ro. referes gratiam? qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum, salutem ciuii  
tuorum

tuorū negligis. Sed si quis est inuidiae metus. Non est  
tunc hēmētius seueritatis ac fortitudinis inuidia quam  
inertiae ac nequitiae pertimescenda. Pelopis apud  
Pindarum in . i. Olym. ode precatio ἦθοποιίας ή  
μίμησιψ habet.

Ἐδῶλοποιία. Est quādō ab inferis quīspiam reuo-  
catur. Vel dum manes loquuntur. ut apud Euripidem Εἰδῶλοπ  
umbra Polydori, Adsum profectus ē profundis mai-  
nibus. Plautus. Ne quis miretur quis sim lar sum fas-  
miliaris. Apud Homerū .ii. Odyssæ, et Virg. in .6.  
multa aguntur ὥτη τὰς ἐδῶλοποιίας. Vbi defuncti  
uita Anchises & Anticlea cum Ulysse & Aenealos  
quuntur. Umbra Polydori in .3. Aenei,

Quid miserū Aenea laceras? iam parce sepulto  
Rarce pias scelerare manus.

Αρετερεγγων. Est qua ex diffīcili et periculoso  
honestū adeoq; maius colligitur. Ardua est uirtutis Αρετερε-  
γγων, inquit Virg. sed requie præstans in uertice sum/ γωγών.  
mo. Christianus hac in terra uarijs agitatur procel-  
lis, tandem uero eruptus in sempiternū regnum trans-  
fertur. Cicero diffīcili ratio belligandi, at plena  
fidei, plena pietatis. Amara est radix studiorum, sed  
fructus & præmia sunt dulcissima.

παραδίκη

Παραδίκησολή. qua similia discernuntur, cum te σολή.

H pro astuto

## LIBER TERTIVS

pro astuto sapientē, pro confidente fortē, pro illiberali diligentem appelles. Est species mitigationis ex finitione pendens.

συναθροισμός. Coaceruatio est multarū rerum & uerborum. supra tractata est in schematibus λέξεως, quum de Asyndeto et Polysyndeto ageretur Cicero post redditum in senatu. Princeps P. Lētulus parens ac Deus nostrae uitæ, memorie, nominis, hoc specimen uirtutis, hoc iudiciū animi, hoc lumen consulatus sui fore putauit, si me mihi, si meis, si nobis, si reip. reddidisset. Hęc ubiq; regnat apud Cicero/ nem in acri instantia, atq; plurimū ad exaggeratio/ nem facit & amplificationē rei.

παρέγεισις, interclusio, sententia quæ medio ora/ tionis ita inscritur ut citra destructionem eius eximi/ possit. Pindarus .3. Olym. ode. Castori & Polluci hospites amātibus, formosæq; Helenæ placere opto, celebre deuenerās Agrigentū, recte instituens hym/ num, ad ornamētum equorum ( qui in Olympijs ui/ cerunt pedes indefessi ) Theronis.

Ανανίννωσις. Avænvivō aduersarios consulimus, aut cum iudicibus delibera/ mus. ut: Cedo, si uos in eo loco fuissetis quid fecissem/ tis? Vos interrogo quid suadetis?

Παραδοξονήσιμον. In expe/ ciatū. Ex com/

DE ARTE DICENDI. 56

municatione manat, dum cōmunicationi, quod mūltū improbius est post suspensos iudicū animos subiicit orator. Cicero quid dēinde, quid cēsetis ē furtum fortasse aut p̄dām aliquā. Celso est sustentatio, ut Quintilianus refert.

**Xρυσμὸς ἡ μαντοσων** Prædictio. Virgil. Sæpe sinistra caua predixit ab ilice cornix. præsagiū est. **Χρησμός.** Φευτρία. Imago. Videor mihi uidere iudices, moestas musas lachrymis madentes, uestrīs obuolui pedibus, ac supplices precari, ne fesc in Germania σία. ita conculcari adeoq; contemptui haberi patiamini.

παθωτοιαι effectuū effictio, hæc iram, indignatio πασοτοι nem, dolorē, miserationē, spem, metū, exprimit. Ex/ ice. clamationē προσωπωτοιαι εὐθωτοιαι et εἰδωλωτοιαι continet, de quibus iam antea dictum

**σωμενφώνησις**, Exclamatio, qua pronūciatione σωμενφώ Sublatori animi nostri motum testamur. Persius νησιε.

“O mores hominū o quantū est in rebus inane. ice. in Catil. O tempora o mores. Idem pro M. Cælio. O infelix o scelētē, ferrei sunt isti patres. Egó ne quid dicā? egó ne quid uelim? egó ne? quæ tu omnia fas dis factis facis, ut nequicquā uelim. Idem in .z. Phis. O miserū te si intelligis, miseriorē si non intelligis, hoc literis mādari, hoc memoriae prodi, huius rei ne posteritatē quidē oīm sāculorū unquā īmemorē fore

## LIBER TERTIVS

**Xiōsmós.** *Xiōsmós. Chiasmus dicitur Trapezuntio teste à X litera que crucis in morem ex intersecantibus se duabus obliquis lineis figuratur. Chiasmus uero in circuitu seu periodo secundū Hermogenē. est quum in quadrimembri circuitu uel sententia, utrisq; propositionibus amb̄e redditiones cōueniunt, & è conuerso, ut in hoc Demosthenico.*

*φίλιωπθ ὅσω πλείονα ἔργο τὴν ἀξίαν πεποιηκε τὴν αὐτοῦ,  
τόσούτω θευματέργο ταχεῖ πασιψ νομίζει  
ὑμεῖς δὲ ἡ ἀνθρώπεις αὐτηναῦει, ὅσω χειροῦ ἢ προσῆκε κεχρηδε τοῖς πράγμασι.  
τόσούτω πλείονα ἀιχλωθυ ὥφληκατε.*

**Propositio** *Philippus quo plura supra suam dignitatem fecit.* ~~X~~ **Hoc apud omnes admirabilior existimatetur.**

**Propositio** *Vos autem ô ciues Athenerae quanto per ius res uestras persecuti estis.* **Tanto maior rem ignominiam retulisse redditio. x.**

Chiasmus itaq; hæc demosthenica est propositionū & redditionis collatio in circuitu quadrimētri, numeros et compositionē respiciens, at quantū ad rem ipsam attinet, ad naturā & uim ipsius tum, ut plenum est, in hoc exemplo simul est antithesis et enuntiatio. Philippi namq; fortitudo, Atheniēsū ignoratur. Nauiae opponitur. Consimile est si dicam.

~~Quo impij maiora  
fligitia committunt~~

Hoc sunt maiori in mundo loco.

~~Quanto autē uos  
timentes Dei estis  
probiores.~~

Tanto uos in maiorem ignominiam inciditis.

Sola cōstructione admittitur etiā χιαστικὸς apud Pindarum. 4. uocibus hoc pacto.

Arsinoë domita

Ad Platonis regiam  
(descendit)

Aureis Diane arcubus

In thalamo.

Quanquam χισθuc Pindaricum uel χύσιμη, id est ordinis perturbationem uel χυμα aliud subin dicare potest.

Periodus. Periodus est qualiscunq; sententia periodos uel tribus uel pluribus membris constans, hic uero pro formule argumentandi & exornandi accipitur

H. 3. quam

## LIBER TERTIVS

quam Circunductionē Trapezūtius uertit, quādo à  
toto ad partem, ab uniuerso ad speciem descendimus,  
ab infinito ad finitū. Ulpianus in Demosthenē ἀπό-  
τοῦ καθ' ὅλον εἰς μερικὸν appellat. Cicero pro L.  
Flacco. Quod si esset aliquādo futurū, ut aliquis de  
L. pernicie cogitaret. Nunquā tamē existimauit iur-  
dices, Deciū Lelium optimi uiri filiū optima spe pra-  
ditum, summe dignitatis eam suscepturnū accusatio-  
nem. Infinitū hic finito, persona nēpe excipitur. Ci-  
cero ad populū & Equites. Si quādo inimicorū im-  
petum propulsare ac propellere cupistis, defendite  
nūc uniuersi unū, qui ne omnes etc. Pro Pub. Sestio  
Si quis ante iudices mirabatur quid esset etc. ex  
hoc tempore miretur. Pro L. Flacco. Si unq̄ respub.  
consiliū, grauitatē, prudentiā, sapientiā iudicū implorauit,  
hoc tēpore, hoc inquā tempore implorat.  
A toto ad partem. Ut, Nulla dubitatio est, si patriæ  
omnia debemus, nos quoq; ipsos ei debere, qui au-  
tem scipsum debet, eum suū non debere non est ueris-  
simile. Uchementer mouet hec compositio, & ad  
rei exaggerationem plurimum efficit

Propositoris. Redditio rationis ad propositione  
nem, quādo dubibus aut pluribus sententijs rationes  
statim subiiciuntur, ab Aetiologya parum differt,  
nisi quā lea sic unum propositionis causa, propositio-

νόδος τις δυαριμ uel plurium propositionū iunctim  
uel diuisim ratio. Pro sapodosis ergo fit ex hac Teo/  
gnidis sententia si ita uertatur, ut iam subiungetur.  
εχθρὸν τι μεθύονταπός εὐδόξεστι νήφυσιψ εἴναι  
εχθρὸν δὲ εἰ νήφωμ πός μεθύουσι μανη.

Qui forti bene proluerit se Cyrne temeto

Abstemijs caueas hunc sociare uiris.

Sobrius est quisquam fugit & Carchesia Bacchi

Hunc à thyrsgiferis fac procul amoueas.

Abstemijs mores haud possunt ferre temeti

Laxatam linguam spurciciemq; leuem

Lenei laticis cultor, sectator, alumnus

Silenos poscit, reijcit hydopotas.

Pro sapodosis pindarica .4. Isthmiorū ode. Eorum  
qui nihil experti sunt, nulla est memoria. Incognitā  
enim uitam silentio pressam uiuunt. Est porrò quæ/  
dam fortunæ & pugnantii, obscuritas, quādiu ad fi/  
nem non fuerit peruentum. Alia nanq; alijs fortuna  
impertit, quæ & interdum bonum uirum à peiori/  
bus arte & fraude circunuenire facit.

Μετάνοια ἐπανόρθωσις. Correctio. Pindari E/  
porthosis uel metanœxa est .1. olym.ode. Cōtineo ue/  
rò me nequemq; superū miserè ingluiei deditū dicā  
plus enī damni q̄ lucri cōuiciatores reportare solent

## LIBER TERTIVS

Cicero pro Milone. O dij immortales fortem & uobis iudices conseruandū uirum. Minime, minime, inquit, imò uero poenas ille debitas lucrit, nos subeamus si ita necesse est nō debitas. Cicero in oratione ad Quirites priusquam iret in exilium. Si dulcis est gloria, consequere uirtutem. Noli ab iucere labores, petere honorē, honorē dico? imò uero famam, fortunas, familiā, liberos caput, corpus, ipsum deniq; sanguinem & animam.

**Megistus**, Partitio uel distributio. quando par tes totius explicatur, cum quadā facturā seu euidentia. Lycurgus apud Gorgiā. Cuius omnes corporis partes ad nequitiā sunt appositiissimae, Oculi ad petulantē lasciviam, manus ad rapinā, uenter ad auiditatē, uirilis naturē mēbra, ad omne genus corruptelæ. pes ad fugam, prorsus, ut aut ex hoc uitia, aut ipse ex uitijs ortus uideatur.

**Auctynār op.** Auctynār op est, quo necessitudine naturae, temporis, aut alicuius personae nos qcquā fecisse testamur seu factum excusamus. Cicero pro Roscio Amerino. Sic se res habet iudices magnā uim magnā necessitatē, magnam possidet religionem paternus, materiusq; sanguis. Ex quo si qua macula concepta est: non modo laui non potest, uerum usq; eō permaneat ad animū, ut summus furor atq; amentia cōsequatur

παράληψις. Preterito, quū nos quædā omisurus παράληψις dicimus & interim nihilominus proferimus. Cic. in Ἀττισ. L. Catilinā. Nam illa nimis antiqua prætereo. Quod Q. Scrivilius Hala, SP. Melium nouis rebus studi Metasēs tem sua manu occidit.

Metasēsis ή ἀποδίωξις. Est quando in aliū σις locum, aliudū tempus quicquam transferimus. Cicero Philip. 7. paruis de rebus, sed fortasse necessarijs consulimur patres conscripti, de Appia via, & de Moneta consul, de Lupercis Tribuni pl. referunt quarū rerū et si facilis explicatio uidetur: tamen animus ab horret à sententia, suspensus curis maioribus

Ἄγεντητης Indignatio. Cantando tu illum? Αγένετης aut unquam tibi fistula cæra iuncta fuit?

Αποπλαύνοις, est dum iudex in errorem inducitur, & inuoluitur causa, ut ignoret, num de una re νησις. uel pluribus sit sententiā dicturus, ut Cicero in oratione pro Cluentio fecit.

Ἄρδε. Execratio. Cicero. Ο scelus, ο portentum αρδε. in ultimas terras exportandum.

Σένοις. Precatio, qua cum Deos tum homines δέκταις obtestamur. Pindarus Ode. 12. Olympio. Supplico tibi ο Iouis libertatis autoris filia, fortuna seruatrix pro ciuitate Himera latepotenti. Et Ode. 7. ο cui

### LIBER TERTIVS

maris cure sunt Neptune, Agesiam amans, rectum  
oro nauigium, extraq; periculum dona. Amphitri-  
tes auream colum gestantis coniunx, meorum uero  
hymnorum adauge permulcentem florem. Demost-  
henes contra Aeschynem à precatione orditur. Ci-  
cero antequam iret in exilium. Nunc ego te Iuppi-  
ter optime Maxime, cuius nutu ac ditione, sola ter-  
rarum gubernantur: teq; particeps conubij, socia-  
regni, regina Iuno, teq; Tritonia, armipotens, Gor-  
gona, Pallas, Minerua, cæteriq; dij, deæq; immorta-  
les, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem capitolij  
in saxo incolitis constitutam: ut non solum cunctam  
intueri, sed etiam tucri possitis ciuitatem: à quorum  
ego quondam altaribus impiam minum ciuium re-  
monui à quorum templis, meo periculo, funestam fa-  
cem rei repuli, ne illustrissimum orbis terrarum mo-  
numentum cum principe omnium terrarum occides-  
ret ciuitate: Teq; Iuppiter Stator, quem uere huius  
imperij Statorē Maiores nostri nominauerunt, oro  
atq; obsecro, ferte opem pariter reip, cuncteq; ciui-  
tati, meisq; fortunis: resistite Tribunitio furori, fa-  
uete innocentie, subuenite solitudini, miseremini se-  
nectutis. Cicero. pro Pub. Sestio. Quare nos obte-  
stor atq; obsecro, ut sicut me saluum esse uoluebatis,  
eos conseruatis, per quos me recuperasti.

Τυωμή, χρήσ, ἀποφάνισμα in idem propēto; Γνῶμη  
dū recidunt, sententiae sunt ad bonas mores adcoq;  
honestū inuitantes. ut Hesiodus οἰστεῖς ηγέρε  
τεύχδανήρ ἄλλω ηγέρα τεύχων. Et (αὐτῷ  
πολλάκι ηγέρειν πατασσόπολις κακός ἀνθεὸς επ-  
Cicero Philippica. 10. Declarasti uerū esse id quod  
ego semper sensi: Neminem alterius, qui suæ consi-  
deret, uirtuti inuidere.

Ἐπίπληξη ἀντίμησις. Increpatio uel obiurgatio. Ἐπίπληξ-  
tio. Cicc. in L. Catilinā, patere cōfilia tua nō sentis? Εἰς.

Διαλογισμός. quum quispiū secū disputat, quid si  
bi faciundū. Terentius in Eunicho. Quid igitur fa Διαλογ-  
cium? Cicero in L. Catilinam. Quanquam quid est σμός  
quod loquar? Te ut ulla res frangat. Tu ut unquam  
te corrigas? tu ut ullam fugam meditere?

Εὐχή. uotum. Ouid. O utinam tunc cum Lacedeī Εὐχή.  
mona classe petebat

Obrutus insanius esset adulter aquis.

Pindarus. Optarim ego communi lingue nostræ,  
præcatione, si res ita ferat, Chironem Phylliridē,  
Uranidē, lateq; moderantis Saturni prolem, uita de-  
functum reuiuiscere, cumq; in imis Pelij montis has-  
bitare locis. Cicero in L. Catilinam. Utinam dij im-  
mortales tibi istam mentem donarent.

πατέρεσσος.

## LIBER TERTIVS

V'ncpct  
tor.

Yπέρβατον est in casibus seu uerbis perturbatio,  
 ut nonnihil primo intutu ambigas de sensu seu con-  
 struzione. Vel quando adiectuum paulo remotius à  
 substantiuo collocatur. ut Rhetoricis ad Herennium  
 placet. ut Instabilis in istum plurimum fortunatus  
 luit. Et uirtute pro uestra. Atqui si ita demonstre-  
 tur hoc schema ualde exiguum schema est, ad Syn-  
 tacticis pertinens. Inter schemata uero dico uoces  
 connumeratū rectius apparebit eius usus. Estq; tum  
 Sententiae incepta, ac post quandam congeriem su-  
 spense. quia spiritus seu Tōccas nimium prolixus fu-  
 erat, noui ut compleatur incepitio. Virgili. I. Acni.  
 Id metuens, ueterisq; memor Saturni abelli,  
 Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argie.  
 Nec dum etiam cause irarum, seuq; dolores  
 Exciderant animo, manet alta mente reposum  
 Iudicium Paridis, spreteq; iniuria forme.  
 Et genus inuisum & rapti Ganymedis honores.  
 His accensa super, iactatos equore toto  
 Troas reliquias Danaum atq; immritis Achilli,  
 Arcebat longe Latio.  
 Hic satis erat, id metuens, arcebat Troas Latio. ue-  
 rum quia multa congesit alia de bello, de causis ira-  
 cundis, de iudicio Paridis, ideo post longiorem  
 equa

equo tāciū, primum isthuc initium, nempe id mē  
tuens, nouum astruit, His accensa super, arcebat  
Troas. Ciceronis hyperbaton in. 9. Philippica.  
Quas ob res ita censeo. Quum Ser. Sulpitius Quin-  
ti filius, Lemonia Rufus, difficilimo reip. tempore,  
graui periculoſoq; morbo affectus, autoritatem Ser-  
natus, salutemq; Po. Ro. uitæ suæ proposuerit, con-  
traq; uim grauitatemq; morbi contenderit, ut ad ca-  
stra Antonij, quò senatus eum miserat: peruenérat.  
isq; cum iam propè castra uenisset, ui morbi oppres-  
sus, uitam amiserit in max. Reip. munere, eiusq;  
mors consentanea uitæ fuerit sanctissime honestissi-  
meq; acte, in qua sæpe magno usui recip. Ser. Sulpitius,  
& priuatus & in magistratibus fuerit: quum  
talis uir mortem obierit, Senatui placere, Ser. Sul-  
pitio statuam pedestrem æneam in rostris, ex huius  
ordinis sententia statui.

Ομοιωσίς. Similitudo est ad incrementum & di- Ομοιωτίς  
latationē rei pertinens et ad probationem, species  
habet secundum Iulium Rufinianū παράδειγμα  
& παραβολήν.

Παράδειγμα. Exemplum est, quo quicquam cor παραδει-  
roboramus. Tripliciter contingit. Aut enim persoνa yux-  
nas tantum exhibet sine sermone. Aut sermonem  
sine per-

LIBER TERTIVS

sine personis, Aut simul utrumque personam sine sent  
mone. Ut. Seruilius Hal. S P. Melius nouis rebus  
studentem manu suu occidit, Tu itaque Catilina ita  
de es mortis reus. Majorē decreto, hostis patriæ in  
terimendus est. Si te occiderimus Catilina L. Opis  
mi consulis factum immittabitur. qui C. Gracchū cla  
rissimo patre natum, auis maioribus occisus est, ob  
quasdam seditionum suspitiones.

παραβολή.  
nū.

παραβολή. Est comparatio uel similitudo ficta ex  
empla producens παραβολή uerò certa & uera  
habet, autore Rusini. treis species sumit. Prima est.

Εικων.

Εικων. Est quum integre forme similes inter se  
conferantur. Virgil. 3. Georg. Talis Amyclae domi  
tus Pollucis habenis.

Cyllirus, & quorum Graeci meminere Poëte. Cicer  
ro. Mire quod sua natura tranquillum est, uentor  
rum uiaginati & conturbari solet, sic Po. Ro.

Ομοιος. Ομοιος. Simile, quum ex partibus similitudo col  
ligitur. Virgil. Aenei.

Si oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Ἐπαγγείλησις Similitudo, ex rerū similiū collatione  
uel Argumentorū. Pindarus Ode. 7. Olymp. Ut si  
quis à diuite manu phialam acceptam ridentē intus  
uitis rorū, donec nouo genere, unā cum uino offe  
ens, ab

rens, ab una ad alterā domum trasferenda, auctum  
omnino facultatū uerticem, symposij oblationē,  
qua simus honoret affinitatē suam sacer, & ita præ  
fētibus amicis eo munusculi emulatorē reddat spon  
sum unanimis genialis thori: Sic ego nectar suapte  
sponte fluens, Musarū donum, brauij latoribus mit  
tens, dulcem animi fructū exhilaro Olympios, py  
thiosq; uictores. Virgili. 4. Georg.

Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis  
Miscentur, tenuemq; magis magis aëra carpunt.  
Donec ut æstiuis effusus nubibus imber  
Erupere, aut ut neruo pulsante sagittæ.

Prima leues incunt, si quando prælia Parthi.

**Σιρχώφνος.** Permissio seu cōcessio, cum quadam in  
crepatione. **αὐλόποτην** Rufiniano dicitur. Virgili. **Σιρχώφνος**  
4. Georgi.

Quin age et ipsa manu felices erue sylvas  
Fer stabulis inimicum ignem atq; interfice messes.  
Vre sata & ualidam in uites molire bipennem.  
Tanta meæ si te cœperunt tedia laudis.

**προνπεγγασία παρασκευὴ προκατασκ**  
**ευὴ**, premunitio uel preparatio, qua primum uti  
mur, ut confirmetur id quod subiecturi sumus. **Ue**  
**si testem producere uelimus.** primum est illi fides  
adserenda.

## LIBER TERTIVS

adserenda. Sic Cicero pro Milone ante premunit  
Licere, hominem occidere. In Isthmijs Pindari ode  
3. est προυπεργαστι, post ingressum enim & exor-  
diū adiicit præparationem ad uictoriam Melissi, in  
quiens. Celebrium uero operum præmia, pro bona  
re debita cuchere decet ac admirandis laudibus ef-  
ferre. προυπεργαστιæ est etiam in. 7. Nemcorum  
Ode. Non omnes ex æquo æui nostri uitam transfigi-  
mus. At quomodo sit præpergasia in ipso Pindaro  
isthic uidendum.

**Υπερβολή** Υπερβολή. Mancinellus. Transcessus ueri manife-  
stus hyperbola fiet. Pindar. Ode. 2. Olimp. Ut are-  
na maris numero comprehendendi non potest: Sic bel-  
nacia que in multos ille contulit, quis numeret?  
Virgil. Fulminis ocyor alis. Et  
Fluctusq; ad sydera tollit.

**Ταπήνωσις.** Ταπήνωσις. Est Hyperbole contraria. Hyperbo-  
le nimium extollit. ταπήνωσις nimium dejectit, inge-  
nere Encomiastico plurimum ualeat. Et in accusati-  
onibus, adeoq; in omnibus causis.

**Επιφώνησις.** Επιφώνησις. Finalis ad precedentia prolata &  
probata acclamatio. Cicero in 5. Phillipica. Ita se-  
pe magna indeoles uirtutis, prius quam reip. prodesse  
se potuisse, extincta fuit. Pindarus Ode. 3. Nemeo.  
Adeo

Adeo tādem experientia conspicū fit, quibus in rebus quisquā excellentior fuerit. Virgil. 4. Georgi.

Tantus amor florū & generandi gloria mellis.

**Mετάθεσις ἡ ἀντιμεταβολή.** Est commutatio huiusmodi. Non uiuo ut edā, sed edo ut uiuam. Item **Μετάθεσις.** Eripis ut perdas, perdis ut eripias.

**Νόημα** species ἐλέγχως. quādo in celeri enuntiatione aliquid, quia pateat, omittimus. uel affectū **Νόημα** cogēte reticemus. Soror fratri apud Quintilianum. Dignus eras qui integrā haberet manum, subaudiatur, ut depugnares. presciderat autem ei pollicem, quod sēp eum à ludo redemerat.

**Διέξοδος.** Est redditus post digressionē ad institutū **Διέξοδος.**

### DE TROPIS,

**R**opus παρὰ τὸ τρόπεν δυ. à uertendo dictus est, quum uerbum uel oratio à **Tropus.** propria significatione ad consimilē cum uirtute uertitur. Vel quum simpliciter sit quedam permutatio communis formule, siue in constructione, siue in significacione. Sunt autem Tropi duplices λέξεως & σινανοίας. λέξεως sunt.

μεταφορά

μεταγραφής

συνεκδοχή

μεταληψίς

I μετανομία.

## LIBER TERTIVS

μετωνομίσθαι	ἐπίθετον
αντονομασία	ἀντίφραστη
ονομαστοποία	τυπούς
πεποιημένα	εναεροφή
	εμφάσις

Tropi itaq; lexeos sunt qui in dictione uersantur,  
quorum primus est μεταφορά.

μεταφορά. Translatio, breuior est similitudo,  
quando à propria ui ad consimilē transfertur significatio  
nem dictio. Ouidius

Aut in quo lateas ferreus orbe licet. Sic Pindarus  
Hieronem Siciliæ oculum appellat. Avaritia est  
mater & radix multorū malorum. Cicero pro lege  
Manilia. Corinthum patres uestri, totius Græciae lis  
men extinctum esse uoluerunt. Philip. tertia. Hanc  
uero teterrimam beluam quis ferre posset? Philip.  
ii. At uidetis quot et quam multos habeat Antonius,  
primum L. fratrem, quam facem dij immortales,  
quod facinus? quod scelus? que gurgitem? quā uol  
raginē? quid enī non sorbere animo, quid non hauri  
recognitione, cuius sanguinē nō haurire censem?.

Σωκρόδοχη. Est quando totū pro parte uel pars  
χά. pro toto accipitur. Exemplū Totius. Virg. 4. Geor.  
Manibus liquidos dant ordine fontes

Germanæ. Partis. Virgil eodem.

Quippe ita Neptuno uisum est immania cuius

Armenta & turpeis pascit sub gurgite phocas. Metowu!  
Metowu*μιας* quando inuentor pro re inuenta po*μιας*.  
nitur, & è diuerso Instrumentū pro domino. Con-  
tinens pro contento, & è contra. Efficiens pro effe-  
ctu, uel effectus pro efficiente. 1. Virgil. 4. Georgi-  
orum. Cape Meonij Carchesia Bacchi, Sic Teren-  
tius. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Vinum  
pro Baccho. Ut ô uinum quām ingens tuum in ter-  
ris numen est? Exemplū. 2. Ex Rheticis ad He-  
reniū. Non tam cito Sarissæ Græcia sunt potitæ. 3  
Continens pro contento. Austriam uniuersam. Tur-  
ca miserrime deuastauit. Et è diuerso aurum & ar-  
gentū pro opibus quibus cōtinētur. 4. Mars mutos  
concutit, id est bellum quod Mars efficit. Frigus pi-  
grum, id est cuius effectus est pigrities.

*autovouæ*

Autovouæ*σιας*, Nominis pro nomine positio *νοετης σια*.  
Ἐποχλών, ut Poëtam pro Homero & Virgilio. Or-  
torem pro Demosthene uel Cicerone accipimus. hi,  
storicus apud Græcos pro Thucydide, apud Latini-  
nos pro Salustio & Linio usurpatur.

Ovouæ*τοποιας*. Hominis fictio, ut murmur, Oiouratos  
stridor, sypho, ululare. *ποιας*.

## LIBER TERTIVS

**πεποικένα.** Que ex uocibus usu receptis declinat  
πεποικένα / nantur quoquo modo. ut Syllaturire, proscripturire  
uoc.

**Καταχρησίς.** Abusio uocis, ut cum parricidā mas  
tris & fratri occisorem uoco, dum uerbo simili pro  
**Κατασφύσις.** proprio abutimur. Ut: Vires hominis breues sunt,  
longum in homine consilium. Utimur propriè cates  
chresi, ubi uerum nomen deest.

**Μετάλλη.** Transsumptio ex alio in aliud ueluti  
Metalla / uiam præstat, ut dum Chiron Cetaurus appellatur.

**Ψήσις.** Per Centauri enim nomen fit progressus per intellectum ad formā hominis et equi, ad naturā istam duplificem. Sic Virgili. Nox incubat atra. Ex eo quod  
atra nominatur, intelligitur iuxta tenebrosa.

**Επίθετον.** Apud Oratorem Epitheton, aliquid  
Epithetos peculiare efficit Nam si nihil efficiat rei ciēdum est.

Niueum lac, humida uina, poëtica sunt. O indignum  
facinus. O crudelitatem ad extremos Garamantas relegandam. Infrenata istius libido. Indomita iuuentus.  
Si ita per Epitheton rei magnitudo, uel indigitas  
uel singularis quæpiā conditio declaratur, uel intellegitur, potest quadam tenus inter tropos censi

**Αντίφρεσίς.** Contraria significatio. Quans  
Αντίφρεσίς do contrarium ab eo quod dicimus intelligimus. Cicerone Philippica sexta. Redeo ad amores deliciasq;  
nostras

nostras Antoniū. Et s. Philippica. Is etiam legem iudicariā tulit, homo castus et integer, iudiciorum & iuris autor.

**Τικτος.** Cōpositae dictionis induas partes sectio, ut: **Τικτος.**

Quæ mc cinq; vocant terræ. Et. i. Aenei.

Et multo nebulæ circū dea fudit amictu. Schema est poëticum tantum.

**αναστροφή.** quando prepositio postponitur casui σεντεστροφή Virg. Italiam contra. Et, mecum, tecum, secum.

**Εμφασις.** Quando plus intelligitur quād dicitur Εμφασις. vel quoties aliquid significanter effertur, ut. Tu ne ille Aeneas &c.

### TROPI ΔΙΑΝΟΙΑΣ

**T**ropi dianæas sunt qui in orationem seu sen' tentiam cadunt.

αλληγορία	ἐξουθενισμός.
παροιμία	σαρκασμός.
ἄντιγμα	μικτηρισμός
ἄρωνδα cuius	περιφρασίς
s. sunt species	ὑπέρβατον.
χλευασμός.	
χαριευτισμός.	
άσυσμός.	
διασυρμός.	I 3

## LIBER TERTIVS

**Almyos  
gioe**

mis libenter permittemus, nobis uero clarissimi uiri studioß. iuuenes, hoc querendum est ut optimorum autorum saltem monumenta intelligamus, uti de ipsorum & nostrorum temporum doctissimorum uirorum scriptis iudicare possumus. Quod nulli contingent unquam, nisi uel mediocrem grecæ lingue peritiam sit nactus. Nec exigitur à quoquā, ut se temere superioribus pare fore credat. Neq; rursum animus tibi despondendus, si eò peruenire non possis. Quandoquidem non cuilibet, ut grecum adagium habet, adire Corinthum datur. Nam est aliquid, iuxta Venustam musam prodire tenus si non datur ultra. Huius literature igitur accessione, si per Gracos autores tutò circum uolitare queas nonne ad sydera ceu pennis te sublatum putabis? Nonne digna ergo tibi uidetur lingua cui operam naues? Nonne honestum studium? Felicia tempora quibus paßim tanta Dei dona sese obuia prebent? Fortunatas mentes, inò pli/ nè beatas, ac omni infortunij diuincione uacantes, quæ tanta spiritus paracleti amplissima charis/ mata non adsperrnantur. Hec de magnitudine

& excel/

## ENCOMIVM

et excellentia, paucis nunc de necessitate queso, ut  
ornatissimi, adoloscētes studiosiss. percipite. Neces-  
sarium enim Grecæ lingue studiū Christianis Epi-  
scopis, nemo est qui possit inscīans ire. Nam hac  
ad eō habet opus Christi ouium pastor ut sine hac  
scripturam nō sit retenturus immaculatā, nec oues  
suos conseruiturus integras. Compertum est nos-  
bis, quantas superioribus annis excitarint Trage-  
dias Anabaptiste, sue ut ne quid asperius dicā con-  
scientie homines, quorum duces linguarum studijs  
intumescunt, earumq; ut ipsi putant adminiculis,  
sui parum pia dogmata stabilire arbitrantur, qui  
tam stolidum uulgas, quam simplices parochos, fa-  
cile in sui admirationem pertraxere, si linguis, que-  
rum isti sunt ignari, prodeant. Verum si coram gra-  
ci sermonis aliqua ex parte peritis controuersia fu-  
at, ueritas mutua collatione patescit, et error illorū  
conuincitur. Tencit memoria quomodo Catahapti-  
stistarū quidam Coripheus, cum dictiunculae φῶ  
imprudenter, ne imprudenter dicā luserit. Apostol  
litextum ad suum sensum minus dextre dctorserit  
citratamen ruborem, ut sunt sue frontis homines.  
Ipse his oculis meis uidi nouum Testamentum eius-  
dem germanicum, in quo uerba Cœna domini ex

Greco

Greco textu infeliciter dilaniato, dissestoq; ad suam opinionem inflexit, ut Christum Seruatorem animarum nostrarum, exemplū duntaxat morū iūtæq; faceret. Et ne quis me in absentē facile inuchi posse cauilletur, ouilis uestris subijcī illum ipsū uerborū, ut intelligere falso uoluit, tenorē. Quā Christus ὁ σωτήρ ἡμῶν inquit λαβετε φάγετε, τὸ δὲ τὸ σῶμα μου, τὸ ἐπόρ οὐκῶν κλάμενον. Hoc est accipite, edite, hoc est corpus meum quod pro uobis frangitur. Et rursū, λαβετε πίνετε τὸ δὲ ποτήριον τὸ ἐπόρ οὐκῶν ἐκχυώμενον. Hoc est, accipite, bibite, hoc est poculum, nouum testamentum in meo sanguine qui pro uobis effunditur. Hic, ut suam iste, quām falso in uerborū Christi calumnia excogitārat, opinionem confirmaret, lacerauit in hunc modum contextus structurā. Hoc est corpus meum quod uobis præfrangitur. (Liceat nunc mihi sic loqui, germanice enim ista suo italijsbro adscriperat) Et iterum hoc est poculum. &c. quod uobis præffunditur, uel ut ita dicam, & repro pinatur. Tmesin uidelicet fecit, dum præpositionē ὑπό ad participia κλάμενον ἐκχυώμενον retulit, contra omnium Grecorum rationem imo & Latinorum, qui in oratione laxa Tmesin nunquam prorsus

## ENCOMIUM

prorsus admittūt. Nō ergo bone uir, Sectionē Sche  
ma illud poëticā, in Euangelista facies, Enim uero  
ex Demosthene, Homero, Aristophane, Sophocle,  
et quibuscuq; tandem Græcis siue latinis Tmeses pro  
feras. Nec tūlū ὅπερ αὐτὸν κλώψενον οὐκ τὸ εὐχε  
νόμενον, reclamante Pronomine interposito ὑμῶν  
referas. Hic semidoctulus aliquis addubitare facile  
queat, imò demirari tantā in Græcis literis Anabas  
ptistæ eruditio[n]ē. Ceterū qui robur aliquod in iſdē  
fecerit, ac violē potius quod aiunt, istam Scripture de  
prauationem arguere potest. Tales taliumq; similes  
uanorū hominū errores, ac Scripture subuersionē  
intelligere, vindicareq; potest, qui Græcā lingua  
sibi familiarē reddiderit. Atque hæc lingua proptes  
rea cuius Christianorū carior esse debet quod Chri  
stus suam uoluntatem, suam diuinam clementiā salu  
tem, liberationem, dulcissimas ētœ yētices, adeoq;  
Testamentum in eam nobis inuoluerit, in ea per  
Apostolos suos memorie prodiderit. Quot fuere  
non multis retro annis obscurissimi noui Testa  
menti loci, quos nemo Theologorum fere consequi  
potuit, ob græcæ literature inscientiam? Quām de  
spectus, bone Deus, diuus Paulus iacebat? quām dis  
sceptus quām mutilus erat, priusquā ex Grecia in  
stauraretur

## GRAECAE LITERATVRAE.

stauraretur? Quamtu[m] uel Latinos uel Germanos Bibliorū interpres in promptu habeas, et iucundior tamen, fœcundior, planior et limpidior tibi ex ipso græco textu intellectus promanat, perinde ac ex ipso fonte, aqua hausta gratior est, atque ex ipsis desumpta riuulis. Noueris etiā aduersus satanā cū cōstantius dimicari posse, qui tibi interdū in Scripturæ difficilioribus locis, et in quibus aliquid quod ad salutē, ad pietatē ad fidem attineat sitū est, suggerere potest, si linguarū sis ignarus. Fortasse in Græco aliud sensus est. Forsan Hebrei non sic legunt. Quibus temptationibus locum non relinquit, qui studijs linguarū sese dedicat. Proinde maxime necessaria est græca literatura, cū ad hæreses conuellenandas, tū ad genuinū noui Testamenti sensū eruendū Geminus Scripturæ sensus, te uerbi Dei, diuinaeq[ue] uoluntatis certū facit. Ea certitudo te Christo tuo coniunctiorem constituit. Christo coniunctior redditus, ueram & sempiternam felicitatē, thesaurum incomparabilem es natus. Magnos hodie sese arbitrantur, ac ueluti numinum uice colendos, qui principibus sunt à consilijs, quibus & regū & Principum colloquijs interesse datur. Hic quām inflatur, quod Iouem aulicum accedere interdum  
ipiss[em]

VII. ENCOMIUM

poſſit? Neque tamen fruſtra, Nam ut Horatius inquit: Principibus placuisse uiris non ultima laus eſt. Atq; hanc ſibi ſc̄elicitatē, uel magno mercātur. Hic uero ſtudiosi iuuenes, longe maior ſc̄elicitas eſt pro poſita, ut niſi planè ſtertere uolueritis, tamq; uobis expositā beatitudinē negligere, in iipſi ſummi regis aulam, in penetralia ingredi poſitis, dum gr̄ca lingue beneficio, cum Christo, cunctorum principum principe, colloqui uobis datur, eius uerba in ea lingua, qua ab Apostolis ſunt cōscripta audire, legere, ſonare. Principum huius ſeculi fauor, ut omnia mūdana, instabilis, incertus, fallax eſt. Tui altissimi principis Christi uerbum, fauor, clemētia, rata, firma, uera, ēterna, infallibilita ſunt. Hoc uerbū hunc fauorem, gr̄ca lingue ope plenius et uberioriſ impe trare poſteſtiſ. Cui Christo ſi placetis, Quem ſi cor dibus ueſtris inclusum gafferitis, longe aliam ſc̄elicitatem, quam qui principū aulis uersantur, eftis ade pti. Harmonides apud Lucianum, cum à Timotheo preceptorē ſuo, in Musica optime fuiffet institutus inq; clarissimum tibicinē euafifet, interrogauit. Timotheū, quo pacto perinde ac ipſe, omnibus cognitus fieret, omnīu ore predicareetur, perq; totā Gr̄ciam celebrior haberetur, reſponſum ille tale dedit.

Si inquit paucis Musices peritiſſimis tete adiunxeris, ijsq; fueris probatus, protenus per omnem Græcum conſpicuus eris. Nam qui à summis prædicantur, eius statim preconium, uulgo quoq; innotescit. Conſimilē ad modū uobis suadeo studioſi iuuenes, ſi magni cupitis fieri, Christum, eiusq; uerbum ampleſtimini, tum omnes angeli, oēs prophetæ, omnes Deo dilecti, in aduentu eius glorioſiſimo, uos agnſcent, uos charos habebūt, eterno, adeoq; indiſſolubili uerae amicitiæ et dilectionis uinculo. Iam ut Chriſtū penitus cognoscatis, ipſius uoluntatē intimius cernatis, græca lingua uobis auxilio erit, opē ſuppeditabit, manū porriget: Quare à tam sancto quāna necessario uobis ſtudio, ſi quis uos deterreat, eum hostē ſalutis uestre, & inimicū Christi arbitremini.

Nec eſt quod quisquā longam temporis moram, qua diſcendis græcis literis eum occupatū eſſe oporteat, cauſetur: Non enim opus eſt decennio, ſeu luſtro, adeoq; pluribus annis, ut olim, Sophistarū regno ſtante, ubi uix aliquot annorū decadibus, ſummo labore, maximis uigilijs, quisquā diſcebat, quod dediſcendum erat. Et quanquam adolescenti longa tēpore opus ſit, donec in latina lingua robur faciat. Hic tamē multo ſecus uſu uenit. Nam non multis ita

M. mensib⁹

## DE VERBO

mensibus, fundamenta huius lingue iacere potes,  
quibus iactis, facilior paulatim aditus, ubi continuo  
te usu (sine quo nihil in ulla unquam disciplina rite  
perficitur) exercitaueris, uel ad quosuis tibi fuerit  
autores.

Enim uero q̄bus ignaua segnisq; ad literas mens,  
qui plus in cute molliter curanda laborant, quām in  
animo exornando student, Quid inquiūt mibi Gr̄e  
ca intantum ad sydera euchi? Latinis aurem duns  
taxat accommodabo, quibus si fœlicē operam nauāro  
me satis putauero fortunatum, magnum, suspicien/  
dum. Atq; quur hoc ita putem, fidelicis mibi in causa  
est monitor iuuentalis, qui sic ait.

Turpe magis nostris nescire latine.

Latinis conuersor, ualeant ergo, Gr̄eca, Cui ego  
Bona uerba queso, Ne ita siue Tragico siue grani  
diloquo intumescas ore. Nam ut concedam interim  
te recte, quum tamē id ineptissime facias, eam Saty  
rici sententiam adducere, nihil aduersum nos pugna  
bit. Si enim rudis planè asinus sis, ut nihil omnino  
intelligas, satius quidem est, te latinarum literarum  
nouisse aliquid, quām nihil: Nam Gr̄eca sine latina  
lingua affectare non potes. At uero introspice Saty  
ram, tum uidebis, quōd minime gr̄ecā literaturam  
damnet,

Jamnet; sed quod abusum potius reprobet Iuuenalis  
 Quòd Thusca nimirum puella turpiter amatori suo  
 græce ab blandiatur, Ἰωνίᾳ τούτῳ. Plerique hodie  
 cum uerbo, tum Euangelio Iesu Christi foede abu-  
 tuntur, propterea Verbum Dei non redditur in es-  
 ficax, non perdit decorem, pulchritudinem et ueri-  
 tatem suam. Thusca puella Græcas uoces in re flagi-  
 tiosa usurpat, propterea ne Græcam linguam reij-  
 ties? Quòd si nobis ob omnis generis uarios poë-  
 eas Græcos, Rhetores, philosophos, Theologos,  
 iureconsultos, Medicos, dare operā huic literaturæ  
 Christi tamen regis & Seruatoris nostri amore ille  
 etum huic discipline submitti par est. Nec dum  
 græcas uobis literas extollo, ad easq; inuitu He-  
 bræas & Latinas uilipendo, Quis enim adeo stupi-  
 dus, ut nesciat, parum aliquem uel in Hebræa uel  
 Græca linguis effecturum, qui latina negligat. Latini  
 & Græci ita sunt inter se connexæ literæ, ut  
 haec citra illas nō sint absolute, nequaquam sint per-  
 fectæ. Sanctam Ebræorum linguam, quis ignorat  
 adeo necessariam, ut sine hac quantilibet eruditus  
 uel in Græca uel Latina linguis sibi uisus aliquis,  
 haud quaquam Theologus esse possit. Mosen enime  
 prophetas adeoq; uetus instrumentum qua ratione

## DE VERBO

quæso intelliget? Verum quum in hisce disciplinis  
nō parum multi sint uobis clarissimi uiri, huiusmodi  
studiorum ipsos quotidie auditis buccinatores, dili-  
gentissimosq; preceptores. Habetis enim, præter  
excellentissimos Theologie, Iuris prudētie Medici-  
næ professores, in omni artium genere insignes do-  
ctores, quos hic nominari, modestia illorū non sinit.  
Qui omnes illustrissimi Principis nostri munificen-  
tia, in salutem, commoditatem, decus, ornamētum,  
cum uestri, tum totius patriæ, studiosi iuuenes fo-  
uentur. Fœlices uos, si horum eruditione, diligētia,  
institutione, fide, rite utamini. Sed clepsydra  
aquam amittens iubet, ne uos diutius detineam.

Græce itaque literatūra magnitudinem, digni-  
tatem, præstantiā & necessitatē audiūstis. Eam uos  
omni eruditionis genere ornatores reddere, iter ad  
astra, ad Scripturam, ad Verbū Dei patefacere, cis-  
tra hanc hodie neminem eruditum haberi posse.

Vos oblatam uobis oportunitatē alacriter arripite  
adolescentes, senectuti uestre haud contemnendum  
uiaticum comparaturi, imò animis uestris incompa-  
rabiles delicias conciliaturi, animo uestro perpēden-  
tes occasionem esse celerem, capillatam frontem cal-  
uumq; gerere occipitum. Si quisquam grandeius

ad Græc

## INCARNATO.

92

ad Graecā elemēta sibi descēdere turpe putat, Cato/ nem à Cicerone ideo laudari norit, Quod in senectus te iam canus, grecas literas cum summa laude didis/ cerit. De meā in uos fide atq; diligentia, nihil dubi/ tetis. Nam ita mc Greca, uolentibus superis, tradis/ turū spero, ut quiuis breui, sese ipse, hac in lin/ gua, modo non oscitanter eidem in/ cumbat, dirigere possit.

## CANDIDO LECTORI

Salutem.

**O**bijcetur hic mihi, quod hebræa quod græce  
Demegorie meæ intersuerim, ostentādi gra/ tia. Demosthenem uero & Ciceronem orationibus  
suis nunquam peregrina immicuisse. Cui responsum  
est. Primum Christianis hominibus linguarum stu/ dia nequaq; peregrina censenda sunt, quod Christi  
gratiam et Euangelion ipsum in se contineant. dein  
de nouerint, apud Christianam scholam, in qua lin/ gue florere debeant, me dicere. Postremò  
argumenti naturā intueatur, tum repes/ riet laudabile esse, ut in omnibus .  
depredicetur Christus linguis.

De uerbo

DE VERBO INCAR  
NATO.

**N**ullis ego viribus dicendi fretus, nulla etiam ostendandi ratione ductus, magnifice domine Rector, humanissimi professores, studiosissimis adolescentes, huc ante longe iucundissimam uestram coronam prodij, Sed amore unigeniti Dei filij Iesu Christi, uerbi incarnati permotus demegoriū quamdam, si non ita concinnam & elegantem, ueram tamen, & ab omni fuso alienam, & gratiam Dei & incarnati uerbi mysterium, paucis ob oculos ponentem habere in animum duxi. Non ut uos patres meos omni eruditionis genere, & spiritus posteriorū scientia insignes doceam, quibus ea que sim dicturus haud quaquam sunt incognita, Sed ut me & pueros, ad pueri Iesu Seruatoris nostri amorem, charitatem, et dilectionem, si quomodo possum, inuitem. Non ego quidem sed ipse filius potius Dei, qui omnem hominem in hunc erumnosum mundum uenientem illuminat. Christiani sumus Christianum hic est, sit Christo gratia, gymnasii, quir ergo praebeat quęquam Christi sui dicere sepius laudes, promulgare encomia? Et quanquam & in templo & hic pueri Iesu multis sit hactenus diuulgata pres conijs

conijs natiuitas, cum per optimos Ecclesiastes,  
tum doctissimos viros, nullis tamen unquam ser-  
culis satis digne tam ineffabilis, tam omnem carnis  
cognitionem atq; rationem exuperans, & angelis,  
& hominibus incomprehensibilis filij Dei incarna-  
tio, uel euchi laudibus, uel tractari uerbis potest. Ec-  
quis hic sibi non ferrea uocem, non centum ora, non  
centum linguas poscat, ut eo decentius magnificen-  
tius q; tanta dei arcana, tanta Sacramēta à condito  
euo ad ipsius usq; pueri Iesu ex uirgine in mūdum  
natiuitatem atq; progenerationē abscondita prolo-  
quatur? At enim humiles Christi Iesu cunas, præ-  
sepe ipsam introspicientes in spem uenimus, haud  
aspernaturum parvulum Christum uel exiguum ex  
humili animo profectam oratiunculam, nec uota no-  
stra, quibus ipsum semper plurimi facere, ut par est,  
studemus, reiecturū, Qui Orientis Sacerdotes ter-  
restria nempe munera adferentes, ipse cunctorū pre-  
ciosorum munerū & creator & possessor, non re-  
pulit. Atq; ne non teneatis, quo sit usq; ratis nostra  
nauigatura, duo presenti demegoria, auente Chris-  
to incarnato, agemus. Primum natiuitatis ipsius  
historiā paucis retexemus, Deinde quid nobis per  
pueri Iesu incarnationē donatum sit, explicabimus.

## DE VERBO

Interim uos oēs oratos uolo, ut eequos iudices agatis, omnia enim ad Christi & gloriam et laudem amplificandam à me dicentur. Si quis sunt qui secus interpretabuntur hanc nostram concionem, equidem nihil moror, dūmodo patris Iesu Christi misericordiam, & filij eius regnū quibus potero viribus predicabo. Atque hoc dum ago, tu Christe fili Dei, qui cum summa huius mundi leticia & non minimo tristudio natus es, hodieq; filius Dei, filius es hominis factus. Tu quo se fragile carnem nostram dirige, ne in tuis enarrandis mysterijs fluctuet, ne à uero scopo, hoc est à te ipso, auchatur, utq; per tuū clementiam, qua cunctis miseris peccatoribus presto es, ad suum portum tutò reuertatur. Nascitur igitur Christus rex à patribus atq; prophetis promissus, ac filius Dei humanā carnem induit, in Bethlehem Iudæum quū Cæsar Augustus censum exigit ab uniuersis Romano imperio subditis Iudeis, Infans fascijs inuolutus in præsepe reponitur, in stabulo diuersorij. Angelus pastoribus natum regem annūciat. Pastores iuxta uerbum angeli in Bethlehem comperivunt natum infantem. Oritur stella orientis sapiens tibus atque sacerdotibus, que illis Christum natum seruatorem præmonstrat, ipsisq; ad diuersorū usq; in quo

in quo residuebat, ducatum prestitit. Cui auro, thus, ye, myrrha litant, suam erga ipsum contestantes fidem. Hæc diuina diuini pueri incarnati historia est. In qua non leuiter prætereundum. Quod sub censu Augusti Christus natus sit. Nihil enim spiritus paracletus in diuinis literis nequicquam posteris mandauit. Nam cum liber esset populus, ab Abraham usq; aduenturi regis tempora, ipsiq; promissus es- set, tum mittendus Silo, Emanuel, atq; adeò Messias cum confractum esset scepterum, quum ei adem, pta libertas, ablatumq; regnum. Iudea iam tum ad Romanorū redacta manum, subiugataq;. Christus è uirgine Maria nascitur, ut animaduerterent prophetiarū de Christo uēturo completionē iam factā: præ uarios enim scripture locos hoc ita futurū prædictum erat, inter quos, ut hebdomadas danielicas Mose uaticinii, & nomina Messie omittam, non infimæ autoritatis locus est diuī Iacob patriarchæ Genesis quadragesimo nono dum inquit, moribunus dus ad filium suum Iehudā

יהָרָה אֶפְרַת יוֹרֵה אֲחִינָר וּרְבָעָרָה  
אֲוֹבֵין יְשָׁהָרוֹי לְבָנָ בָּנִי אֲבָיוֹ : גָּוִר  
אֲרִירָה יְהָרָה מִטְרָה בָּנִי עָלִית בְּרָעַש

DE VERBO

רְבָץ בְּאַרְיָה וּבְלִבְיוֹן מִירִיקְוִינְג : לֹא  
יִסּוּר שְׁבֵט מִיהוּנֶדֶת מִזְמָקְשׁ מִבְּזִין ר  
רְגָלִיו עַד בַּי נְבָא שִׁילָה רְלוֹ יְקָהָת  
עֲמִים : אַכְרִי לְגַפְנוּ שִׁירָה וּלְשָׁרוֹקָת  
בְּנֵי אַתָּה נְבָס פִּין לְבוֹשׁוּ וּבְגָס-ע  
עֲנָכִים סָגָה : הַקְּלִילָה עַיְנוּם מִין  
אַלְכָן שְׁפָנִים מִחְלָב :

Cui filij sui benedictioni, & future potentie uaticinum de Christi seruatoris aduentu interserit.  
Quam diu duraturum sit iudaicum regnum predicens. Iude securoram uim atq; magnificentiam uaticinatur, dum ait: Iuda tu, laudabunt te fratres tui. Minus tua super ceruicem inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad predam filii mi ascendisti, Quidcuit ac dormivit perinde ac leo, & quasi leena quis suscitabit eum? Regni durationem exprimit, dum de Messia tempore, quo erat nasciturus, hunc admodum subiicit. Non discedet sceptrum à Iuda neq; dux à pedibus eius usq;, dum uenerit Silo, & ipsi auscultabunt populi. Ligans ad uineam pullū suum, et ad uitam filii nisi

Sili mi asinam suam. Lauabit in uino indumentum suum & in sanguine uarū pallium suum. Pulchritudo oculorum eius super uinum, & albor dentium super lac. Nōnne enī hic apertiſſime ſpiritus ſanctus per os Iacob tempus futuri Christi nostri predixit Christus ergo ſub cenuſu Auguſti nascitur ut et Iudei ſcirent, completa eſſe ſcripturam demifſione Mefſie, ipſiq; inſalutē ſuam natum regem et Seruitore agnoſcerent, atq; haec ad nostri institutionem prodiſta ſunt, ut ſciremus Deum & redemptorem noſtruſ non eſſe talem, quales ſunt dij gentium. Qui preter meram uanitatem, ludum, fabulam, inania ſpectra, & opera manuum humanarum nihil ſunt & Qui ut nihil promittere, ſic ne preſtare quidē quicq; quam boni poſſunt. Porro dum Christus filius dei homo natus in preſepe reconditur, qui cunctorum principum, regum, et dominus et creator per quem deus cuncti condidit ac gubernauit, dum in ſtabuſ lum iumentorum, ut omnium in terris miſerrimus, calamitosiſſimus & maxime derelictus reponitur, nobis miſeriſ peccatoribus conſolationem prebet, ut & mitius & aequius feramus ærumnas, paupertatem, & nullum non tribulationis genus, quo in hoc deplorata mundo adſligimur. Quem enim Christi anorū

## DE VERBO

etorū torqueat ægre paupertas, dum seruatores  
suum, regem filium Dei et virginis Mariæ perspicie  
vilibus pannis inuolutum, in præsepe repositum?  
O magnum sacramentum, o ingens mysterium,  
filium æterni Dei humana carne, atq; adeò homine  
uestitum, hominem factum et summa paupertate ab  
ipsis uitæ sue primordijs pressum. Quam pauperta  
tem in carne sua semper ad crucem usq; secū circum  
tulit. Nam ut ipse ait comitaturo cuidam, uulpes  
foucas habent, aues q; cœli nidos, filio autem homi  
nis non est quo reclinare possit caput suum. Adflit  
geris miseria, angustijs, laboribus, cogitate Chris  
tio tuo non esse meliorem. Sed Christum tuum roga  
ut tibi det, quo patienti animo ferre angustias que  
as. Per uarias enim pressuræ nos Christi cōformes  
factos cœlorū regnum ingredi necessum est. Reges  
et principes liberorū suorū Natalicia regalibus con  
iunctis, ludis circensisbus, spectaculis publicis, gym  
niciis certaminibus celebrant, tonitruis, quæ bom  
bardis crient, gaudiū suum testantes. Hic uero sumus  
et æterni Dei sumus et æternus filius homo factus  
in præsepi immullatur, misera ex paupere no  
bis specie in hunc mundū generatur, imbellis pueri  
forma conficitur in præsepi iumentorum, ut sciret

me mis

emus mitem & placidum nobis fore eum regem, ad  
quem nobis nō intercluderetur aditus, à quo omnis  
superbia, omnis fastus longissime abesset. Interim  
tamen non citra ingens gaudiū Natalicia eius trans-  
siguntur, tametsi enim ab hominibus, ab indigenis,  
à ciuibus, à populo dei, Iudeis, neglecta iaceant, cœ-  
lestibus tamen signis magnifica redduntur. Super-  
na enim angelorū multitudine tanti regis partus in-  
notescit. Præterea stella illa, qua Orientis Magi et  
ad Hierosolyma sciscitatum natū regem: deinde in  
Bethlehem usq; perducuntur, ut ipsa statim nativis-  
tate indicaret Deus opt. filium suum nedum ad Iude-  
os, quorū de sanguine secundū carnem propagatus  
erat, Sed ad omnes etiam gentes pertinere. Salutem  
non circumcisionis tantum, sed preputij etiam esse  
Quid enim admirabilius, quām regem ipsum à suis  
ciuibus, à sua republica negligi, ignorari, nihil ferè  
curari, & à gentium interim & infidelium sapienti-  
bus uisitari, honorari, magnificariq;. Beatos ma-  
gos quibus hæc stella illuxit, fœlices illos sapientes  
quibus datum est Christum natū, puerum illum nos-  
bis datum adorare? Qui si non reges fuere, merito  
tamen plerisque huius terre regibus anteferendi.  
Fortunatos sacerdotes, quos Christus in hunc mun-  
dum

## DE VERBO

dū ueniens illuminauit, ac stella propria ad se se usq;  
ac cersuit. Quo facto & Iudæi stupent, & Herodes  
mceret, ac fateri tandem coguntur illi in Bethlehem  
Iuda nasciturum regem. Noc uero in fide nostro so/  
lidamur, & nobis per clementiam Magis exhibitam  
illuxisse Christi & gratiam & misericordiam. Hæc  
de hystoria Natalicium Christi, quo de tempore mit/  
tendi Silo, nativitatis eius cū tenui apparatu, tunu  
super coelestibus miraculis et signis nonnulla protis/  
limus. Nunc paucis quid nobis commodarit Christi  
incarnatio, quidue boni ex ea nobis promanarit aus/  
diemus. Pactolum auriferum esse fluum ex natura,  
hystoria tenemus, Rhenū aurum continere nos Rhe/  
ni ferè accolæ nedum credimus, sed quotidianis ex/  
perimentis nobis compertum est. Atqui quid mihi  
conducit dum neq; Pauli aurum neq; Rheni in me  
um usum planè non ueniat? Non dissimilem admot/  
dum me nihil prorsum iuuat scire uerbum carnem  
facium esse, si ignorem quantum id mihi com/  
moditatis attulerit. Quantum igitur fructus Christi  
incarnatio præbeat ex Esaia diuinissimo propheta  
planū sit, is enī apertissime recenset dū, inquit, Par/  
vulus natus est nobis & filius datus est nobis, cuius  
imperium

imperium super humerū eius. Quo loco spiritu domini imbutus uates primum parvulum natum adserit, quō unigenitum filium Dei incarnatum intelligit. At id parum profuisset nobis, nisi nostri causa ob nostram mortalium salutem contigisset, qua re ut nihil ambigeremus, nostri tantummodo causa hoc est, cunctorum credentium filium Dei unicum hominem factū esse, adiecit. Nobis puer natus est, nobis filius datus est. Quantum amoris pignus. Deus pater mortalibus nobis creaturis suis relinquit, dum filium suum nobis dedit, ut ei per illum reconciliaremur? Cæciores sunt proh dolor mentes nostræ, quam ut tantam beneficentiam considerare queant. Quis enim est principū in terris qui filium suum, quem unicum habeat, pro amico ad mortem usq; tradat? Et ille æternus Deus nos miseros uermiculos tam caros habuit, ut filium suum pro nobis cui tamen inimici omnes natura eramus, impertiret. Et quid tam ingrati sumus adeò ineffabili deiclementie qui tam incomparabili nos neque alio donavit, nempe unigenito filio suo ut noster esset, ut illos aduersus peccatum, mundum, Satanam, et mortem armaremus, ut illum patri, si quando propter nostra pecca succenseret, ostenderemus. Huius ser

## D E V E R B O

euli primores atq; optimates amicis & hospitibus suis se digna munuscula dono dant, ut aureas phialis, equos, insignes canes, aurum, argentum, pretiosos lapides, aromata. Hic uero Silo & Emanuel noster cunctis Smaragdis, Saphiris, gagatibus, Smarinthis, aromatis, phialis, & quibusq; nobilissimis uasis, uel uestimentis pretiosior est, adeò ut ne digna sint talia terrena xeniola, quibus cum tatus rex conferriri debeat. Qui enim hunc Christū filium dei habet omnia possidet, nihil illi deest, omnium est opus lentiſſimus. Secū enim diuitias omnes huius terræ copias exuperantes, ubicunq; est Christus adfert. Croesus, Midas, Cyrus, mendicabula sunt, huic oppositi regi. Solomon omnium regum qui unquā frouere & diliſſimus & sapientiſſimus huius regis nati respectu pauper est parumq; prudens. Constat ergo tanta nos bona per Christum natum consecutus, quanta in nullius mortalium cor penetrare possint. Atq; hoc ita sese habere scripture adhuc testimonio breuiter cōprobabimus. Hacce namq; opes, tam fœlicitatē per Christum nobis partam Iacob patriarcha premonstrat, & uaticinatur dum ait. Ligans ad uineam pullum suum & ad uitam filii misinam suam. Lauabit in uino indumentum suum,

& in

¶ in sanguine uuarum palliū suum. Quibus uerbis tantam temporibus Christi (quem illic Silo appellat) abundantiam, tantas diuitias adfuturas spiritus paracletus prædictit, ut uini tanta sit copia prouentura, ut pro nihilo ferè sit reputandum. Ideo etiam eum spiritus sanctus Silo appellat, quod perinde est ac si græce dicas ἀφθόνιον, latine abundantium.

Quare queso Abundantium scripture Christum nominat? Ideo haud dubie, quod summas diuitias, maximam uim facultatum secum Christus esset allaturus. Fœlicissima tempora, fœcūdissimam terram, in qua præ nimia ubertate atq; superfluitate uinum adeo abundet, ut uel iumentis depascēde prebeatur & uites & uinceæ, utq; merum aquæ loco uestibus purgandis lauandisq; adhibeatur. Hic uero spiritus libus oculis opus est, ne, si iudeorum exemplo ratio cinemur, in pueru adeoq; filio Dei offendamur, ne animæ nostræ scandalū ponatur. Nam & illi, quum hæc nondum completa secundum carnem uideant, Messiā uenisse obstinate pernegant. Nos uero Christiani, quorum mentibus Christus ille filius Dei iluxit, quorum corda puer ille gratiæ, misericordiæ, & benignitatis suæ radijs illustrauit, & credimus (sit Christo gloria) & quibus datum est, intelligi-

## DE VERBO

imis, alij perfectius, alij imbecillius, Neque ut incres  
duli facile labefactamur. Scimus enim eam Antithes-  
sin in Christo puerο nobis nato & filio nobis dato  
propositam esse: nimirum summā misericordiam & sum-  
mas diuitias. Oculi autem carnis hic facile (que est  
illorum cecitas) impingunt. Quis enim tantas facul-  
tates, quis τὸ τῆς ζωηλθείας ἕρπες in cunis, in  
presepi cui infans Christus impositus est querat?  
At qui beati oculi, qui haec uident, beatæ metes, que  
haec perspiciunt. Ecce enim summa deitas, in seruili  
scheme latitat, summa beatitudo in abiectissimi, et  
miserrimi infantuli specie delitescit, maximæ copia  
in summa inopia, altissimus cœlorum terreq; domi-  
nus in respectissimo loco, in imbecilla infantis na-  
tura, in hominis habitu occultatur, opulentissimus  
& maximus rex in humilimo pucro cōtegitur. Ó dī  
uinum consiliū, ó reconditum diuinæ clementie ar-  
canum, quam pauci sunt, qui hoc ex animo secum  
reputent. Enim uero cōsyderant hoc, quorū animis  
lux illi, quæ Christus est lucet, ut Magis hodie pre-  
fusit. Hi enim intellexere, abstrusam in humili for-  
ma potentia, intellexit Anna, intellexit Symeon,  
intellexerunt omnes prophetæ, intelligunt hodie in  
Christum sincere credentes, & quotquot unquam  
seruati

## INCARNATO

seruati sunt, hoc ipsum uiderūt. Christus enim heret  
& hodie, ipse & in secula, ut Epistola ad Hebreos  
testatur. Vagit quidem Christus in cunis, in pres-  
sepi sua, sed interim diuina maiestas in eo conclusa  
recubat. Semper in hac terra, & in ipsa demū cruce  
miserrimus apparuit, Sed ille ipse per miseras istas  
& crucem, & afflictiones suas, eternum nobis res-  
ignum peperit, ac dominatum suum nunquam inter-  
riturum auspicatus est. Quid si in hisce huius uita  
nostræ calamitatibus ab eo uiui & facultatum omni-  
num copiam acciperemus, essemus quidem hic que-  
dantenus beati, Ceterum si nobiscum simul casura  
esset ea fortuna. Quid quæso nobis prodesset? Spir-  
itus ergo oculis intuenda sunt bona, contemplanda  
sunt opes, per filium nobis natum, nobis, hoc est,  
in nostri sempiternam salutem, subministratae, abun-  
deq; cōmunicatae. Hinc ab eodē Esaiā Imanuel, hoc  
est nobiscū Deus appellatur, Quo nomine pulchre  
utraq; natura, per nobiscū humana, per uocem Dei  
us diuina exprimitur. Hinc & ab eodē uate magni  
consilij angelus, deus fortis, princeps pacis, pater  
futuri seculi appellatur. Quid maius, quid antiquius  
us in celis, pelago, terra, aereue à deo clementissi-

## DE VERBO

mō nobis dari potuit, quam ille carissimus eius filius,  
et ipse deus existens? Hic deus hoc uerbum Dei  
patris nos inse credentes in alias creaturas transfor-  
mat, et filios dei facit, ut Ioānes testatur. Dedit eis  
potestatē filios dei fieri, his qui credunt in nomine  
eius. Nos ergo filios dei fieri et fratres et coheres  
des Christi, per fidem sine ullis nostris meritis, sine  
ullis nostris pecunijs, est pullū ad uineam ligare, est  
asinam ad uitam iungere, est indumentū in uino la-  
uare, est palliū in sanguine uarū humectare. Estq;  
cum gaudiō de fontibus saluatoris haurire, estq; sine  
dere sine argento mercari, iuxta uatem. Venite mer-  
camini sine argento &c. Quum ergo tanta felici-  
tatem, tamq; grandia nullis uerbis explicanda bona  
per puerum illum nobis natum obtinuerimus, non  
iniuria debitis cum laudibus euhemus, gratos nos  
eius beneficijs exhibentes illiq; talem concinentes  
euχερεσιαν.

Σοὶ μὲ γάλην φέρομεν χάρην οὐδὲ θεός ἀτέρο  
Καὶ γῆς οὐ πόντου, τόπος πόλης μεσίεων (πυκτή  
Ωῆ) μὲν υψίσου παρέπεμψε διῦρο θρόνοιο.  
Παρθένου τις κόλπους υῖα μιωγενῆ.

Ως πάνον γε λαβεῖν παθαροῦ μὲν αφ' ἀματο-  
ρίου.

Σαρκ'

Σαρκὸνθρωπέντες ἀλλὰ κενοῦ μὲν οὔτεν.

Ὕπη πάθος βουλῆρ ἐν πράγματι ἐγίγνετο δέ

Χριστοσεβῆς λυθροῦ, εἰς ἐρέβεντα ἀφελῆν

Τούτοις σαίς δύεργεσιας γλυκύτατος ἵστου

Ἐκ θυμοῦ πολλῶν λογίαντε φαμέν.

Ως ἀλαζός γαρ σαρκιώθης λυθρόθεο κόσμου

Ἐν πάσῃ ισείᾳ τόν γε φθαρέντα προτοῦ.

Ὕπη μετέρον δέομενδεις έιον σὺ γάιστε κυβέρνησι

Σὸν λόγουν ἐγχείσεις σήν τε βροτοῖσι πνοήν.

Hoc est,

Dicimus hinc igitur magnas pater optime grates.

Conuexos orbes sydera quiq; facis.

Omnipotens quoq; regnator qui nubila condis.

Atq; tuo sudum numine dulce refers.

Aetherēis quod misisti de sedibus ipse

Virginis in gremium pignora chara tibi.

Sumeret humanam puro de sanguine carnem

Qua nos ex barathri faucibus eriperet

Vt nos seruaret mortali corpore Christus

Mortali cimxi schemate magne Deus

Ac dignis adeò uechimus te laudibus almi.

Clara patris soboles Christe perenne decus

Tu miseras gentes omnem ac mundum exhilarasti

Emanuel toto clarus in orbe micans.

## DE VERBO

Ergo salutamus regem fratremq; patremq;

Quod nobis genitus, factus es atq; puer.

Teq; manet decus, imperium uictoria Christe

Ob benefacta, quibus nos miseratus habes.

Vnanimi simul aßiduo te corde precamur,

(Nec detrectabis pro bonitate tua)

Mentibus ut nostris accendas lampada amoris

Quo pariter iuncti stemus ubiq; tibi.

Quo modo igitur Christus in hunc mundum natus

fit, Et quantum ex eius nativitate commodi perceperimus:

nimirū quod filij Dei & fratres nati regis

facti simus, paucis pro temporis ratione demonstravimus.

Reliquū est ut et in carne nostra Seruatoris

nostri incarnatio luceat, hoc est ut uere ex pardis,

lupis, leonibus, agni et oves iuxta prophetā siamus

& puero nato cicures redditī dirigamur, ac manu

susciamus, ut peccatorum sordibus, & peccatrice

wita seposita, Christum & Christo dignam uitam

adsumamus, & alter alterum mutuo amore ac dilec-

tione prosequamur. Quod filius ille Dei incarnatus

Christus Iesus ita fuxit.

Quomodo

## QVOMODO DICENDI RATIO

uel orationis œconomia facile deprehendatur.

**P**rincipio breuibus seu lineis quibusdam siue ἐποθεσις. notis Orationum partes sunt obseruandæ. Id Duces col. quod ex historicorum Demegorij haud est difficile piarum sua factu. Vbi enim ipsum Orationis corpus e breuibus rum Cyrus huiusmodi Concionibus animaduertitur, tum in O/ cōmonēfa / Lynthiacis Demosthenis & prolixioribus Cicero/ cit ut fortis orationibus minori iuxta negotio, filū & cardo ter hostiū a perspicitur orationis.

De Parecbasi seu digressione & Amplificatio  
ne, in iudicali genere tractabitur.

## CONCIO CYRI PERSARVM

regis e secundo Pædia Xenophontis.

**C**onsiderans ego carissimi duces mei, uos lentiā sibi armis ita instructos, ipsiſq; animis tam conciliat. egre apparatos, tanq; manus cum hoste 1. A fortius cōserturos. Animaduertens iuxta eos qui uos comiſſione. dantur perinde armatos quasi iam in acie proxime 2. Praoccis hostem ordinati forent metui, ne si pauci et à sociali patro. manu deserti stetis, cū nō parū multis hostiū copijs 3. Nō armā dimicaturi, patiamini quicq; aduersi 1. Proinde cor/ sed uitā ho/ pora qnidē humana possidētes haudquaq; culpanda stium petē/ uenite 2. Armauironū similia nostris erūt 3. At no/ dam ἐπαν/ strē uirtutis opus est illorū animas à nobis attingi. ὁρθωτις ē.

CITAT. CONCIO CYRI

4 Confutat. 4. Et quid non sollicitè uos animem? Siquidè egredituris loco gij principis est, non ipsum tantummodo strenuum gnomen ad esse: ceterum & subditorum suorum huiusmodi gerre curam, qua bene & fæliciter omnia illis succedant.

SCHOLION.

HAC breuissima Cyri Persæ oratiuncula uidere licet paucis ueluti notulis deliberatius generis προποστήν. Etsi enim Hermogenis sententia sit Demegoriam partibus constare duabus ἐπιτημέτει καὶ παραυθίαι. hoc est: Increpatione & consolatione. Sepe tamen in prolixioribus Demegorijs, generis consultatorij orationem integrum rhetorico planè artificio conscriptā uidere est. Neq; tamen per Epitimesin & παραυδίαι ipsa orationis œconomia secluditur. Et hæc τὴν ἐπειτιμέτην Concio uacat, nisi quis metum Cyri, pro increpatione interpretetur. Breuis quidem est Concio. Cyrus enim rex in conspectu ducum, ut regem decebat, amplitudinē breuiter perorauit. Exordiū, Narratio, Confirmatio, Refutatio insunt huic demegorie, ut paulò ante indicatum. Confirmationē duobus duntaxat locis à possibili, & iusto absoluit. A possibili, dum inquit: Arma ipsorum nostris similia erunt.

lia erunt. A iusto per Correctionem, dum ait: At no  
stre uirtutis opus est &c. Epilogū seu perorationē  
omittit. Quandoquidem succincta hæc adhortatio  
recens in animis ducum adhærescebat, neq; tam su  
bito ex eorum ipsorum dilabi memoria poterat.

Est & Aristophanici chori in Rani hoc genus  
oratiuncula: dum hortatur Aeschylum & Euripi  
dem, ut altiora quædam de rebus Tragicis disserat.  
Illic enim exordium à rei difficultate & magnitu  
dine, quo attentos auditores reddit, sumit. Postea  
proponit difficile discerni posse, uter alteri prestat,  
quandoquidem peræque fortiter alter alteri occur  
rat. Cui subiungit statum causæ, per Isæpologia.  
Rationem enim argumento adhortationis propo  
nit. Postea subiungit statum causæ, ut subtilius de  
rebus suis disputent. Ratio præcedens, qua persuas  
det est huiusmodi. Nam multæ sunt nobis eruditio  
nis uestræ alia principia & ingressus. Refutationem  
deinde statim attexit: Præoccupatione sinistram  
de spectatorum inscitia opinionem, ex poëtarū ani  
mis auerruncans. ὥροποτην est apud Pindarum  
quoq; in 3. Pythiorū Ode. Supplicat enim pro ex  
torri Demophilo, ut in patriam suam recipiatur.

## DE HORTATIONIS BREVE PA

Athenien, radigma. Est apud Xenophontem in 2.  
Ses ab inter, de Græcorum rebus gestis.

stino bello, CONCIO CLEOCRITI  
et civili cla Mystarum preconis.

clade reuo/ **V**IRI ciues, quid i. nos abigitis? quid leto dar-  
cat. Atten/ re uultis. 2 qui nulla unquā in re iniurijs uos-  
tos et bene bis fuimus, nihil unquam damni dedimus, eandem  
uolos red- autem uobis cum religionem sectati sumus, eadē uos-  
dit dum ci/ biscum sacra fecimus, pulcherrimi festa celebraui-  
ues & ui/ mus, uia & saltauimus, festa uobiscū ac theatras sat-  
ros, appell- nē accessimus, cōmilitones uestri. S e penumero uos-  
lat, roboris biscum cōmuni, pro cōmuni amborū & salute &  
enim et for libertate pericula cum terra tum mari perpeſi. Cui  
titudiis no rei fidele testimonium, dij paterni & materni. Co-  
minc p̄dī gnati, affines et socij dicere posunt. 3 His omnibus  
cantur, ui pleriq; nostrum inter nos cōmunicamus, & deos et  
rorū uoca. homines uenerantes. 4 Proinde in patriā uestram  
Narratio delinquere desistite: 5 nec impijissimis Triginta ob-  
Confir/ temperate, & qui priuati lucri gratia ferē plures A/  
matio, qua theniensium octo mensibus occiderunt, quā omnes  
multa con/ Peloponnesij decem annis belligerātes. 7 Quumq;  
gerit ab in/ liceret nobis in pace in Repub. uitam & spiritū du-  
iusto, à be/ cere, isti omnium longe turpiſsimum & difficilimū  
neficijs, & & in i. uissimum inuisiſsimumq; dijs & hominibus  
bellum,

## CONCIO CLEOCRITI.

bellū, quo inter nos mutuo ciues depugnemus exhi mutua fami  
bēt. 8 Atqui bene quidem nouistis, eos qui à nobis liaritate-  
bat in clade occubuerunt mortem, nedum uestro, 3 Argumen-  
sed omni nostro etiam non modico luctu, non paucum òte-  
cis lachrymis deploratos esse. χρον.

## ALIVD ARGUMENTVM. 4 Epilos

**C**VM Respub. Athenieſium, libertate antea gus confi-  
gaudens, Triginta tyrannorum libidine op mationis.  
prefaci accret, ac Triginta in optimos quosq; grassa 5 Status hu-  
rentur, Theramenesq; bonus uir unus ē Triginta ius contio-  
Critice odio c̄set miserrime & iniquissime interem/ nis.  
ptus: oritur seditio aduersum illos quantumcunque & Ratio cū  
potentes. Ciues in Pirea confluunt, ubi hostilibus auxili ciui  
animis & armis conflitantur, sejç; mutua cæde fa delitatis tri-  
tigant, clade peralta, Cleocritus à partibus deficien- ginta uirū  
tium à triginta, hanc orationem habuit, qua à mu/ & compas-  
tua strage diſidentes reuocat, orans ne triginta Ty ratione-  
rannorum libidini atq; scutic obsecundātes in mu/. 7 Confus-  
tua uiscera ferrum stringant. tatio.

## De genere

8 Purgatio. Se non letari mutua suorum ciuium  
cæde, ut quos non modica charitate prosequantur.

## DE GENERE IUDICIALI.

**I**n genere iudiciali est Criticæ scelerati Tyrannii  
Teramenem bonum virum Accusatio, ac The-  
ramenis defensio, in. 2. & Muvicaw. Deinde in. 7.  
Rerum ab Græcis gestarum est accusatio Thebano-  
rum in eos qui Euphronem occiderant. Et Apolo-  
gia unius, ex ijs qui Euphronem neci dederant. Sa-  
lustij & Ciceronis criminationes. At quid opus est  
hic uerrinas Ciceronis plerasq; philippicas Demost-  
henicas item non paucas nominare, quas omneis  
orationes per se se quisq; iudicare haud difficulter  
poterit, si se dicendi primum satis preceptis mu-  
nierit, ac crebro & sedulo in clarissimorum orato-  
rum utriusq; lingue monumentis uersatus fuerit.  
Hodie uero dij boni paucissimis datur umbram uel.  
Demosthenis uel Ciceronis sequi, quod aliud no-  
stris temporibus imperiu, alia sint secula. Olim in-  
quit Cicero qui Citharedi fieri non poterant, in au-  
ledos euadebant: Sic qui Oratores esse non possent.  
Iurisconsulti efficiebantur. Eratq; longe splendidior  
or oratoris, quam iuris prudentis functio. Nostris  
temporibus eloquentia planè contemnitur. Et iuri  
consulti libenter patiuntur, sibi honorem ab Cicero  
ne tribui, ut eades suas pro ciuitatis oraculo habeas

mus.

mus. Enim uero ut bonis disciplinis, et uaria rerum cognitione sint perspicui, id uero prorsum nihil faciunt. Quanquam reperiantur etiam hodie iuris consulti doctissimi, qui & ingenuis disciplinis sint egregie exculti, et responsis principum atq; edictis pratorum, adeoq; Ro. imperij decretis mirifice imbuti. Peruenit hodie uetus oratorum consuetudo ad concionatores, qui sacra docent. A foro & senatu est omnis eloquentia exclusa. Sunt tamen inter ecclesiastas, qui audacter Eloquentiam adspicientur putantes satis sibi esse, si queant modo loqui. Atq; utimam suae loquentiae non nimium tribuerent, minus enim sanguinis flueret, minus etiam turbarum suscitaretur Haud est iniqua Euripidis sententia. Simplex ueritatis sermo, nec eget multis fucis. At hec simplicitas & illeipse ueri sermonis et candor & nitor, citra eloquentiae peculiarem gratiam enunciari non potest. Non pauci nostrum quum primum literarū dulcedinem gustauimus eas deserere cogimur, rerum penuria acti. Satis ergo hodie fuit, Maiorum nostrorum, & summorum in arte discendi uirorum, ingenium, dotes & uirtutes admirari, quas nobis imitari dum non licet inspicere  
Salien

## DE GENERE IUDICIALI.

Saltē permittitur. Concionatores hodie Demosthenis & Ciceronis locum obtinent, & recte quidem pars est enim ut res omnium p̄aeclarissima, honestissimam simul functionem occupet, qua diuulgetur. Verum paucissimi agnoscunt, quanto munere fungantur, quantoq; linguarum auxilio indigeant, ut suum munus exornent neq; non illustrent. Atqui cōmune uerbi ut de oībus uero alijs honeste sit dici de his potest. Multi Thyrsigeri, pauci uero Baechi. Nā multi sūt ecclesiastæ, et pauci Ecclesiastæ. Hæc ideo in mediū prouoco, non esse cuiquam sperandū sc̄ Demostheni uel Ciceroni parem dicendo forè. Quum enim adempta sint præmia, nullus ferè bonus hanc artem maneat, quis est qui se se frustra in hisce exerceat? At satis merentur semper præmij fucundi homines, nunq; nō enim in rebus pub. cæteris præferuntur, quibus inest genuina quedam facundia. Nescio enim quā fiat ut rapiatur animus eloquentis hominis oratione. Eloquentia nempe de fluxit à uerbo Dei ineffabili, à uerbo illo patris, quod ipsum sine eloquentia hominis menti non illabitur. Ut autem spiritus paracletus, uerbo Dei pondus addit, & latentem energiam, sic Eloquentis hominis dissertatio pondus habet, & aculeum uelut

DE GENERE IUDICIALI.

ti, ab omnis boni datore & autore immisum flami  
ne consolante, qui et nostram lingua  
expoliat, ut ipsius laudes diserte  
promulgare queamus.  
TOMO YEWYNTON

BASILEAE APVD BARPTHOLO  
MAEVVM VVESTHEMERVM,  
ET NICOLAVM BRY/  
LINGERVM.

ANNO M. D. XXXVI.

ДЕ СЛАВЯНСКИХ  
ІМЕНЪ И МИЛОСЕРДІЯ  
ІМЕНЪ СВЯТЫХ ПАМЯТИ  
ІМЕНЪ СВЯТЫХ ПАМЯТИ

